PLANTAE PER GALLIAM, HISPANIAM ET ITALIAM OBSERVATAE, ...

Jacques Barrelier, Antoine : de Jussieu, ...

Digitized by Google

Digitized by Google

1. 1. 132

Digitized by Google

A

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google



Digitized by Google

Digitized by Google

11

PLANTÆ
PER
GALLIAM, HISPANIAM ET ITALIAM
OBSERVATÆ,

ICONIBUS ÆNEIS EXHIBITÆ

A R. P. JACOBO BARRELIERO

PARISINO,

In ſacrâ Theologiâ Magiſtro, Generalium Præpoſitorum Ordinis FF. Prædicatorum Socio à Secretis, Alumno Provinciæ ſancti Ludovici, olimque Medico Pariſienſi.

OPUS POSTHUMUM,

Accurante ANTONIO DE JUSSIEU, Lugdunæo, utriuſque Facultatis Monſpelienſis & Pariſienſis Doctore Medico, è Regiâ Scientiarum Academiâ, necnon in Horto Regio Pariſienſi Botanices Profeſſore, in lucem editum, & ad recentiorum normam digeſtum.

CUI ACCESSIT EJUSDEM AUCTORIS SPECIMEN de Inſectis quibuſdam marinis, Mollibus, Cruſtaceis & Teſtaceis.

PARISIIS,

Apud STEPHANUM GANEAU, viâ Jacobæâ, ad Inſignia Dombarum, è regione Fontis Sancti Severini.

MDCCXIV.

CUM APPROBATIONE ET PRIVILEGIO REGIS.

Digitized by Google

F. B. [illegible]
1780

Digitized by Google

ILLUSTRISSIMO VIRO D. D.

GUIDONI CRESCENTIO
FAGON,

COMITI CONSISTORIANO,

ARCHIATRORUM PRINCIPI,

REGIÆ SCIENTIARUM ACADEMIÆ SOCIO HONORARIO,

NECNON

SUMMO HORTI REGII PARISIENSIS

ADMINISTRO,

MOECENATI SUO OPTIMO

S. P. D.

ADDICTISSIMUS OBSEQUENTISSIMUSQUE

ANTONIUS DE JUSSIEU.

ALIO *quàm tuo ſub ſydere,* VIR PRÆSTANTISSIME, *lucem ab annis pluſquam quadraginta refugiſse* Barrelieri Opus *videtur; quibus enim felicioribus prodiiſſet auſpiciis, quàm*

Digitized by Google

ejus, cui jacens olim, nunc tandem exſuſcitata in Gallis Botanice ſe totam debet? locupletiſſima hæc materiæ Medicæ pars, quâ neglectâ, ſterilis & manca foret ars medendi, in Scholis ſuaſores ſolùm, indefeſſos in agris nondum duces ſibi patronos adſciverat, donec Te, labore itinerum improbo, difficillimarum regionum perluſtratione, ſudoribuſque potiùs quàm voce præconem habuerit; ſed non præconem modò in eruditiſſimis his quibus animos omnium demonſtrationibus atque lectionibus Botanicis, Chymicis & Pharmaceuticis quondam rapiebas. Imò ipſius Apollinis æmulum in numeroſâ curationum ſerie quarum favore unico Regiæ tibi ſalutis Provinciam promeruiſti. Doctrinam probavit eventus; quot enim Arte divinâ Ludovici Magni annis annos, tot tibi laureas addis: ſicque ſummæ ipſius gloriæ factus particeps, Principis perpetuam imperii ſui tranquillitatem ſtabilientis incolumitate, æternum tibi apud poſteritatem Gallicam nomen conſecras; nec annoſo tanti Regis ævo minus celebrabere, quàm generoſo uſu flagrantiſſimæ ejus in te gratiæ ac munificentiæ, quas non in privatam, ſed publicam utilitatem convertis; Ma-

Digitized by Google

gis de Medicinæ quàm de rei domeſticæ augmento ſollicitus, pluſque Pariſienſis Scholæ, quàm familiæ ſplendoris ampliandi ſtudioſus, quas alii importunâ prece dignitates aucupantur, Tu eas modeſtâ tuorum oblivione bis conſequeris. Quæ verò tuum opum contemptum, innatumque ſalutis publicæ amorem magis arguent, quàm ditiſſimum illud naturalis hiſtoriæ ſuppellectilis gazophylacium in rei Medicæ ſtudioſorum gratiam inſtructum, quàm Horti Regii tantis ſumptibus locupletati, tot laboribus in faciliorem melioremque ordinem diſpoſiti inſtauratio, quàm tua innumera in homines delectos beneficia, ore inſtitutiſque tuis efformatos, quorum opera tui in Re herbariâ progreſſus publici Juris fiunt? Quis autem MOECENAS OPTIME, *his me cumulatior, cui recens ex Provinciâ advenæ, Te adeò facilem præbuiſti, quem ex itineribus plantarum inquiſitionis ergò reducem tam benignè, tam comiter excepiſti, quem Regio Botanices Profeſſoris munere, priùs à Te honeſtato, moxque ab inſigni* Turnefortio *decorato ſpontè donaſti, quem deniquè Tibi ſocium in ſaluberrimâ Pariſienſium Medicorum Facultate cooptatum*

Digitized by Google

eſſe juſſiſti? Tot in me benemerita, nec cives, nec indigenas, nec peregrinos, me vivo fugient; celebris eorum memoria, Botanophylis, me accepta à Te illis reddente, inſtaurabitur; donecque ex penu noſtro potiora grati animi tradenda poſteris monumenta prodeant, hocce penè extinctum, lucubrationibus noſtris tibi redivivum opus ne aſpernare. Vale, VIR EXCELLENTISSIME.

Pariſiis, Kalendis Martii anni Domini 1714.

Digitized by Google

R. P. JACOBI BARRELIERI
VITA.

JACOBUS BARRELIERUS natus eſt Pariſiis anno Domini 1606 ex nobili genere, parentibus Franciſco Barrelier & Magdalenâ Bochetal. Adoleſcens ita optimis diſciplinis operam dedit, ut Græcè Latinèque brevi doctiſſimus evaderet. Dehinc Philoſophiæ ſtudiis ſedulò imbutus, Medicinæ ultrò ſe addixit, atque in Facultate Pariſienſi Baccalaurei titulo ornatus, mox cùm Theſes Medicas magnâ cum laude propugnaſſet, examinique ad praxim ſpectante ſe ſubjeciſſet, Licentiatûs gradum adeptus eſt, Lauream tamen Doctoris Medici anno 1634, ſibi debitam neglexit, cùm ſecularem vitam faſtidiens, regularem amplexari cogitaret. Arridente ergò ei præ cæteris Fratrum Prædicatorum Inſtituto, in Dominicanorum Novitiatum Lutetiæ in Sangermanenſi ſuburbio ſitum ſe recepit, atque anno 1635 Novembris die 29ª ſe votis obſtrinxit. Theologiæ quidem tunc præcipuè incubuit, atque in SS. Scripturarum Lectione ita verſatus eſt, ut eas penè ad verbum teneret. Interea tamen horis ſubſecivis Herbarum quoque ſcientiæ, quâ ſemper flagraverat, nonnihil temporis ac curæ impendebat. Anno autem 1646. R. P. Thomas TURCO totius Ordinis FF. Prædicatorum ſummus Præpoſitus ac Magiſter Generalis Lutetiam cùm veniſſet, Barrelierum ob ingenii acumen ac ſolertiam ſibi adjungendum ſtatuit, & Aſſiſtentis Gallici, ut vocant, munere ornavit; hunc itaque Barrelierus Conventus Ordinis viſitandi causâ Pariſiis diſcedentem comitatus eſt; quâ datâ itinerum occaſione, dum Occitaniam, Aquitaniam & varias Galliæ Provincias, dumque exinde Hiſpaniam peragrarent, ampliſſimam Botanicarum obſervationum ſuppellectilem congeſſit. Siquidem ut quamque urbem pertranſibat Barrelierus, adibant eum Botanophili & Hiſtoriæ naturalis periti & ſtudioſi, ac quidquid ſingulare vel obſervatu dignum inveſtigaverant, deinceps in hortos ſuos tranſlatum aut in Muſeis collectum ei impertiebant, quorum per litteras commercio non mediocriter poſteà in penitiori Plantarum perſcrutatione adjutus eſt. Hujus ſcientiæ amore ductus, Valentiæ Caſtiliæque Regnorum loca deſerta & inculta maximo cùm labore tùm fructu emenſus eſt, ignotas aut nondum, vel malè deſcriptas ſtirpes manu propriâ delineans. Ex Hiſpaniis Italiam adiit, ac viginti trium annorum ſpatio quibus Romæ præcipuè commoratus eſt, R. P. TURCO hujuſque ſucceſſori operam longè utiliſſimam navavit. Sub Pontificibus Innocentio X. Alexandro VII. & Clemente IX. exortis diſceptationibus in religione valdè intricatis, S. Thomæ Aquinatis dogmata acerrimè prudenterque propugnavit, atque ad impetranda in eorum favorem decreta plurimùm contulit. Ibidem etiam ſtudio Plantarum incubuit, & Medicinales, ſi quæ rariores erant Apenninis & Æquicolorum montibus, plurimas aſportabat, quibus hortum

Digitized by Google

in Conventu S. Xyſti adornaret, conſtrueretque; necnon & Portum Oſtienſem, ita jubente Eminentiſſ. Cardinale Barberino, Urbani VIII. Nepote, Plantas inveſtigandi causâ perluſtravit, Marinaſque plurimas, Inſecta ſimul & Conchylia depinxit; tot laboribus ad Hiſtoriam generalem Plantarum adornandam ſusceptis ſcopus erat opus evulgare ſub hoc titulo *Hortus Mundi* vel *Orbis Botanicus.* Hunc in finem exactiſſimè delineatas à ſe Plantas in ære incidi curabat; floris & fructûs anatome & proportionibus in figuris ad Fabii Columnæ normam diligenter obſervatis. Ac dum operi tanto ipſe inſudabat, ſimul eruditorum ex variis regionibus Botanophilorum, quibuſcum per litteras conſuetudinem alebat, conſiliis inventiſque utebatur. Sereniſſ. Principis Gaſtonis, Aurelianenſium Ducis juſſu Apenninas Gratianopolitanas, & Allobrogum Alpes perluſtravit. E Regno Neapolitano, Montibus Æquicolorum aliiſque Italiæ locis quæ obibat, ſemina ſtirpeſque colligebat ad Sereniſſ. Principem dirigenda. Anno autem 1672. Lutetiam redux in Cœnobio Dominicanorum, quod in Vico S. Honorati ſitum eſt, magno cum gaudio exceptus eſt, ibique dum inchoatum opus ad umbilicum perficere nititur, aſthmate quod in reditu ex Italiâ contraxerat, extinctus eſt anno 1673. die 17ª Septembris manè.

Scriptorum, Itinerum Phyſicarumque obſervationum ad Plantas, Fungos, Conchylia Inſectaque marina ſpectantium ſeriem, Topographiamque univerſalem Botanicam hîc ad vitæ ejus Coronidem ſubjungere locus eſſet; at proh litteratorum dolor? Extremum fatum in Hiſtoriæ naturalis perniciem ſubiere inopinato ejus funere, quo vel deſcriptiones nonnullæ fuerunt tantùm leviter adumbratæ; Chartæ verò quamplures vel abſque ordine relictæ, vel penitus diſſipatæ. Cùm eadem ſorte perierint innumeræ virorum toto litterario orbe Phyſicâ eruditione illuſtrium Epiſtolæ ad Barrelierum, ita & ejus de eo elogiorum Myriades quibus erant refertæ, deſiderantur. Solus ergo fragrans adhuc pietatis eruditioniſque ejus odor in FF. Prædicatorum tabulariis Botanophilorumque memoriâ diu poſt eum erit ſuperſtes. Niſi de prudentiâ, ſapientiâ ejuſque de ſuo Ordine meritis, ex his quæ diximus, abundè conſtaret, Litteras quas vocant Encyclicas, in obitu ejus à R. P. Franciſco Penon ejuſdem Ordinis Cœnobiique Pariſienſis in vico S. Honorati Priore eleganter conſcriptas hùc referrem.

De Barreliero mentionem faciunt Robertus Moriſſon in Horto Regio Blæſenſi, dum Meliſſam Romanam deſcribit, & in Hiſtoriâ Oxonienſi, in quâ Poliorum nonnullæ ſpecies ex Iconibus Barrelieri, Iconum Pariſienſium nomine recenſentur. Boccone Muſæo ſuo Venetiis cuſo. Is enim pleraſque Muſei ſui & Icones & Plantas à Barreliero accepit, ſi quæ omnes quas ab eo mutuatus eſt, citaſſet, Barrelierianum, non ſuum opus evulgaſſet. Turnefortius in Inſtitutionibus Rei Herbariæ multas ab eo detectas numerat, & Plumerius qui Americanam Plantam novi generis, Barrelieri nomine nuncupavit.

Digitized by Google

PRÆFATIO
AD
LECTOREM BOTANOPHILUM
DE RATIONE OPERIS.

Opera poſthuma edentibus ea eſt ſors, ut dum alieno labori perficiendo incumbunt, gratum ſibi neminem reddant; dumque defuncti Authoris gloriæ ſtudent, nullam ferè ſibi, aut certè minimam promereantur. Quanto autem faſtidio, quanto temporis diſpendio perfectum quid in lucem emittunt? Si maximè multorum dierum, auctoritatum collationumque opus iis ſit evulgandum, quale Barrelerianum?

Illud altero tantum ſupra quadrageſimum anno à R. Patris Barrelieri funere in poſſeſſionem noſtram venit. Quo verò in ſtatu? Æneæ tabulæ ob metalli ſui duritiem ab incendio ſervatæ, æruginem ex humore jam contrahere cœperant. Ad Plantarum iis expreſſarum Icones pertinens volumen nullum eas comitabatur; quædam tantùm nobis tranſmiſſæ, nec ſibi cohærentes ſchedæ flammarum relliquiæ blattis tineiſque pabulum fiebant. Nuda illis ſtirpium nomina, perpauca deſcriptionibus ornata. Ad effigies ſuas ſingula referre, convenientibuſque ſynonymis illuſtrare Herculeus labor erat.

Adde quòd nullum ex ſchedis iſtis pateret indicium, nulla mentio locorum, ubi delineatæ Plantæ adoleſcunt; qui defectus ſive ex Authoris per Gallias, Hiſpanias, Italiamque diariorum combuſtione acciderit, ſive ex fugitivarum Chartularum quibus id notatum erat, jacturâ, certè non ſine difficili operâ reparabilis erat.

Ut erant tamen elegantiores hæ tabulæ, ſummâque diligentiâ ad naturæ veritatem inciſæ, & exempla ſingularum nonnulla jam excuſa partim vivo, partim defuncto Authore pervenerant ad Botanographos, qui Icones in iis depictas in operibus ſuis ex Barreliero retulerant, hoc munere Medicos remque litterariam defraudari peccatum gravius fore exiſtimavi, tum ob delineatarum ſtirpium raritatem, tum erroris tollendi gratiâ Botanophylis, qui harum Iconum ignari Plantas à Barreliero exaratas, deinceps colligentes nondum notas arbitrati, quaſi novas publicarent, & repetitâ nominum crambe, Catalogorum molem auxiſſent.

Atque utinam hic in Plantarum indices error minùs frequens irreperet? nullâ confuſione Rei Herbariæ ſcientia intricaretur, nec tantus incertarum Plantarum numerus memoriam gravaret, ſi nullarum ſtirpium nomina abſque deſcriptione traderentur. Hoc ipſe incommodum Horti Catholici editor ſenſit, & animadvertente eruditiſſimo Sherardo, quas velut recens notas

protulerat, additis in ſupplemento ſynonymis, jam deſcriptas bonâ fide conſeſſus eſt.

Ad utilitatis rationem acceſſit injuriæ ſtimulus Barreliero à Paulo Boccone illata, qui cùm per multa ab eo, dum viveret, Iconum ſuarum exempla mutuò accepiſſet, ea defuncto Authore, ejus nomine prætermiſſo ut plurimùm, & ſub iiſdem nominibus recuſa in Muſeo ſuo Venetiis edito ſibi arrogavit, & levioribus parumque accuratis Plantarum Siciliæ ac Norciani Montis deſcriptionibus autopſiam minimè redolentibus, furtum detexit.

Labori igitur minùs parcens, quàm utilitati publicæ conſulens, Barreleriani Operis ad ſaniorem Turnefortii normam reſtituendi penſum ſuſcepi. Alphabeticæ diſpoſitionis in permiſcendis generibus confuſionem reſpuens, & Inſtitutionum Rei Herbariæ *ordinem ſecutus, congeneres Plantas congeneribus adjunxi, ſpecies ad genera, genera ad claſſes ſuas revocavi; delineatis duntaxat à Barreliero, necdum deſcriptis ſynonyma deſcriptioneſque addidi, & jam datas deſcriptiones non repetitione faſtidiosâ quæ ſupra modum volumen amplificaſſet, ſed ſolâ locorum ex utroque Bauhino & Raio indicatione exhibui, quorum delectum cæteros inter Authores improbaturum neminem arbitror; ac tandem quas ab Authoribus mutuatus eſt Barrelierus recenſui, ne quid in opere noſtro deſideraretur.*

Juvabit ſanè ſupra modum Turnefortii Lectorem deſignatarum ab eo ſtirpium Hiſpanicarum, ac Italicarum ex Barreliero Icones apud nos reperire, eò magis Inſtitutionum *methodo accommodatas, quod hanc Barrelierus ipſe animo præcepiſſe viſus eſt, dum more Fabii Columnæ, ipſiuſque poſt Columnam Turnefortii, florum fructuum ſeminumque effigies ſeorſim depinxit & characteriſmum ab hiſce partibus eſſe deſumendum cenſuit.*

Non mediocris ergò utilitatis in Botanices ſcientiâ labor iſte futurus eſt, qui quod Raii Turnefortiique deſcriptionibus deerat, additis eorum operi Iconibus ſpecierum deſignantium genera expleverit. Adeò ut in hac Authorum Triade, quâ carere nequit ullus Rei Herbariæ ſtudioſus, accuratiſſima jam Hiſtoriæ Generalis habebit primordia, eòque utiliora, quò faciliorem novis progreſſibus viam aperient.

Cæterùm hac in Barrelieri Editione culpabit fortaſsè quiſpiam Icones nonnullas aliis elegantiâ inferiores reperiri; quod acciderit vel quia ex aliorum Authorum Iconibus vel ex ſchedis Corvini Equitis Romani & Plantarum ſtudioſi minùs accuratè delineatis ſint expreſſæ. Necnon & plures fortè arguent hoc in opere, Plantarum bulboſarum effigies velut Narciſſorum, Hyacinthorum florumque ut Aquilegiarum varietates, quæ non ſine Botanophilorum damno ſupprimi potuiſſent; parcant tamen meliùs conſulti cenſores, ſi ad religioſam Editoris ſedulitatem attendant, qui vel minimam Authoris ſui Operum particulam deperire noluit.

ADMON.

Digitized by Google

ADMONITIO.

NOnnulla, Lector benevole, ſuper hac Editione monitum te volo.

Primum ad frontem operis ſpectat, in quâ nequid Botanicem non redoleret, duas Granadillæ *ſpecies nullibi depictas, & ex Plumerii Collectaneis manuſcriptis deſumptas tradidi, ratus nullum tibi prioris paginæ ornatum fore gratiorem eo qui menti pariter ac oculis novitate ſuâ arrideret, quod ex ſequentibus harum ſtirpium deſcriptionibus magis agnoſces.*

I. GRANADILLA fructu rubente, folio bicorni *Plum. Cat.* Hæc elegans Granadillæ ſpecies ſarmenta edit rara, minimum digitum vix craſſa, rubentia, ſubhirſuta, & triangula: Rara per intervalla & ſatis diſſita folium, flos & clavicula erumpunt. Clavicula ſatis longa & tenuis ab ipſo pediculi folii exortu enaſcitur. Folium palmam manûs amplitudine ſuâ quandoque ſuperat, cordatum & bicorne, pergamaceum, læto virore utrinque nitens, tribus nervis conſpicuis ſtriatum, longoque nixum pediculo; ex cujus ſinu flos paulò magis pollicem amplus, quinque petalis anguſtis, acuminatis & candidiſſimis conſtans, quibus incumbit corona radiata, è radiis tenuibus, longiuſculis etiam & candidiſſimis conſtructa. E fundo calycis in quinque ſegmenta multò quam ipſa floris petala ampliora & longiora diſſecti, interius albicantis, exterius verò virentis ſurgit piſtillum columnulæ rubicundæ inſtar & in apice embryone ex viridi albicante, & ovato inſtructum, cui inſident clavæ tres & ſubſunt ſtamina quinque apicibus ſuis luteis onuſtæ. Embryo autem abit dein in fructum utrinque acuminatum, hexagonum, rubentem, ſeminibus plenum ovatis, nigris, calyptrâ albiſſimâ & membranaceâ involutis. Semel vel bis reperit Plumerius Leoganæ in Inſulâ Sandominicanâ: de eâque mentionem fecit pag. 68. deſcript. Plantar. Americ.

II. Granadilla folio Hederaceo, flore albo, fructu globoſo, villoſo *Plum. Cat. & Inſt. R. Herb.* 241. Aliarum more altiſſimas ſcandit arbores, capreolis ſuis ſarmenta tenuia alligando. Folia ad ſingulos nodos promit circinatæ rotunditatis, ſed duobus veluti ſinubus in tres cuſpides obtuſas & breves inciſa & membranacea, palmam manûs paulò excedentia, lætè virentia, nervulis obliquis ſtriata. Flos ex alâ cujuſque folii ſingularis erumpit, longo & tenui innixus pediculo, paulò magis pollicem amplus, petalis floris albiſſimis, quibus incumbit corona radiata, candida, punctulis rubentibus inſignita. Calyx in ſegmenta quinque, petalis ampliora ſectus, intus eſt albiſſimus, foris è viridi pallidus. Ex cujus centro ſurgit piſtillum columnæ inſtar, ad baſim corollâ fimbriatâ, in apice verò embryone inſtructum globoſo & ſubviridi, cui inſident clavæ tres rubentes & ſubſunt ſtamina quinque ſuis apicibus luteſcentibus ornata. Embryo dein abit in fructum globoſum, Nuce juglandis æqualem, carnoſum, ſaturè violaceum, totumque villis ſubtilibus & albicantibus piloſum, ſeminibus tandem fœtum multis, nigris zegrinatis, & calyptrâ membranaceâ & albâ obductis. Maio menſe flores fructuſque maturos proferebat; circa montem vulgò dictum *le morne de la Calebaſſe* in inſulâ Martinicanâ provenit.

ALterum ad operis intelligentiam neceſſariò notandum obſervationum & Iconum ſeriei interſe diſſonantium ſpectat; cum enim Icones Barrelierus non congeneres, ſed prout cœlatu dignas & formæ magnitudine pares binatim in unâquâque Æneâ Tabulâ incidendas curaſſet; nec earum diſpoſitionis ordinem in obſervationum ſerie ſervare jucundum fore cenſeremus, redactis ad Turnefortii Normam obſervationibus, earum cum Iconum ſerie diſſonantiæ incommodo occurrimus, accuratiſſimo indice per ordinem alphabeticum compoſito in quo cujuſlibet plantæ Icon & obſervatio ei congrua, ope Caractheris Arithmetici cuivis appoſiti deſignata, uno intuitu facillimè reperiri poſſint.

Quos verò didacticus generum ordo magis juvabit, hunc iis ſubjecimus in altero indice per genera plantarum ſpecieſque diſtributo, necnon & Gallicè in noſtratium gratiam reddito.

Obſervabis denique folia Iconum ad decimum quartum uſque Alphabetum litterâ M. abſolutum producta eſſe, quorum tamen Alphabetorum priori nullus numerus Arithmeticus ſubjungitur.

Digitized by Google

EXPLICATIO NOMINUM ABBREVIATORUM,
& recenſio Auctorum Rei Herbariæ, quorum operâ uſi ſumus.

A. R. Par. Academia Regia Pariſienſis. Hoc titulo deſignantur Acta Botanica, Typis Regiis Cuſa anno *1676.* & quæ Gallicè inſcribuntur. *Memoires pour ſervir à l'Hiſtoire des Plantes, dreſſez par M. Dodart de l'Academie Royale des Sciences, Docteur en Medecine de la Faculté de Paris. in fol.*

Act. A. R. Par. Acta Academiæ Regiæ Pariſienſis. *Hiſtoire de l'Academie Royale des Sciences, avec les Memoires de Mathematique & de Phyſique. A Paris, in* 4.

Adv. Adverſaria Lobelii. Vide Lob.

Adv. part. 2. Adverſariorum Lobelii pars altera. Vide Lob.

Ald. H. Farneſ. Aldini Hortus Farneſianus. Deſcriptio exactiſſima rariorum quarumdam Plantarum quæ continentur in Horto Farneſiano. Auctore Tobiâ Aldino, ſeu potius Petro Caſtello. Romæ. 1625. in folio.

Aldrov. Dendr. Aldrovandi Dendrologia naturalis, ſeu Arborum Hiſtoria. Bononiæ 1688. in folio,

Ambroſ. Ambroſinus. Hyacinthi Ambroſini Horti publici Bononienſis Præfecti Phytologiæ, ſive de Plantis partis primæ, Tomus 1. Bononiæ *1666.* in folio.

Amm. Caract. Pl. Ammanni Character Plantarum. Lipſiæ 1685 in 12.

Amm. Supp. Bot. Ammanni ſuppellex Botanica. Lipſiæ 1675. in-8.

Anguill. Anguillara. Simplici dell'excellente M. Luigi Anguillara. In Venetiâ 1561. in 8.

Apul. Apuleius Platonicus de Herbarum virtutibus. Pariſiis 1528. in folio, & Lugduni 1587. Baſil. 1560. in-8.

Baniſt. Baniſterus. Johannis Baniſteri Plantarum in Virginiâ obſervatarum Catalogus recenſitus in Hiſtoriâ Raii, pag. *1926.*

Barr. Icon. Barrelieri Icones Plantarum quales ære incidi curavit, & quales excuſas nunc tradidimus.

Barth. Act. Hafn. Bartholini Acta Hafnienſia.

Bellon. Obſ. Bellonii Obſervationes. *Les Obſervations de pluſieurs ſingularitez & choſes memorables trouvées en Grece, en Aſie, Judée, Egypte, &c. Par Pierre Belon du Mans. A Paris* 1554. 1588. *in* 4. vel quas Cluſius è Gallico in latinum ſermonem tranſlatas libro de Exoticis inſeruit.

Bellon. Conif. Bellonius de Coniferis. Petri Bellonii Cenomani de Arboribus Coniferis Reſiniferis & aliis perpetuâ fronde virentibus. Pariſiis 1553. in 4. Jungitur libris de Admirabili opere antiquorum, & de Medicato funere ejuſdem auctoris.

Beſl. Faſc. Beſleri Faſciculus. Baſilii Beſleri Faſciculus rariorum animalium, lapidum, fructuum, marinarum plantarum, &c. Norinbergæ *1616.* in formâ longâ.

Beſl. Gazoph. Beſleri Gazophylacium. Gazophylacium rerum naturalium Michaëlis Ruperti Beſleri Medici. Norinbergæ *1613.* in folio.

Bont. vel Bont. Hiſt. Bontii Hiſtoria. Jacobi Bontii Medici in Javâ Hiſtoriæ naturalis & Medicæ Indiæ Orientalis libri ſex à Guillelmo Piſone in ordinem redacti & ad calcem Hiſtoriæ naturalis Indiæ Occidentalis Piſonis editi Amſtelodami *1658.* in folio.

Bocc. Muſ. part. 1. *Tab.* 40. Boccone in Muſæi ſui parte primâ, Tabulâ 40.

Bocc. Muſ. part. 2. 50. *Tab.* 50. Boccone in Muſæi ſui parte ſecundâ, paginâ 50. Tabulâ 50. Muſeo di Fiſica, di Piante, &c. di Paulo Boccone. In Venetiâ 1697. in 4. 2. vol.

Bocc. Rar. Plant. Boccone Rariores Plantæ. Icones & deſcriptiones rariorum plantarum: Auctore Paulo Boccone. Oxonii 1674. in 4.

Boer. Ind. H. L. Bat. Boerhave Index Horti Lugduno-Batavi. Lugduno-Batavi 1710. in 8.

Bot. Monſp. Botanicum Monſpelienſe, ſive Plantarum circa Monſpelium naſcentium Index. Authore Petro Magnol Doctore Medico Monſpelienſi. Monſpelii *1686.* in 8.

Bot. Monſp. App. Botanici Monſpelienſis Appendix. Huic altera acceſſit Plantas ſeptem complectens.

Borell. H. Simpl. Borelli Hortus Simplicium, mineralium, animalium & plantarum ad artem medicam utilium. Caſtris *1666.* in 8.

Breyn. Cent. 1. Breynii Centuria prima. Jacobi Breynii Gedanenſis Exoticarum aliarumque minus cognitarum plantarum Centuria prima, Gedani 1678. in folio.

Breyn. Prodr. 1. Breynii Prodromus primus. Jacobi Breynii Prodromus faſciculi rariorum plantarum primus. Gedani 1680. in 4.

Digitized by Google

Breyn. Prodr. 2. Breynii Prodromus ſecundus: Jacobi Breynii Prodromus faſciculi rariorum plantarum ſecundus. Gedani 1689. in 4.

Bod. Stap. Theoph. Theophraſti Ereſii Hiſtoriæ plantarum libri decem à Joanne Bodæo à Stapel illuſtrati. Amſtelodami 1644. in folio.

Broſſ. Broſſæus. *Deſcription du Jardin Royal des Plantes Medicinales de Paris, par Guy de la Broſſe Medecin ordinaire du Roy, & Intendant dudit Jardin. A Paris* 1636. *in* 4.

Broſſ. Nat. Plant. Broſſæus de Naturâ Plantarum. *De la nature, vertu & utilité des Plantes, par Guy de la Broſſe, Conſeiller, Medecin ordinaire du Roy. A Paris* 1628. *in* 8.

Bumald. Bibl. Bot. Bumaldi Bibliotheca Botanica. Bononiæ 1657. in-24.

Camer. Epit. Epitome Mathioli à Camerario. De plantis Epitome utiliſſima Petri Andreæ Mathioli Senenſis aucta & locupletata à Joachimo Camerario Medico Norinbergenſi. Francofurti ad Mœnum 1586. in-4.

Camer. Hort. Camerarii Hortus. Hortus Medicus & Philoſophicus, in quo plurimarum ſtirpium breves deſcriptiones, novæ Icones, &c. continentur. Auctore Joachimo Camerario Medico Norimbergenſi. Francofurti ad Mœnum 1588. in-4. huic horto annectitur ſylva Hercynia, ſive Index plantarum ſponte naſcentium in montibus & locis vicinis Hercyniæ, à Thalio conſcriptus.

Campeg. Hort. Gall. Campegii Hortus Gallicus, in quo Gallos in Galliâ omnium ægritudinum remedia reperire docet. Lugduni 1543. in-8.

C. B. Animadv. Caſpari Bauhini Animadverſiones in Hiſtoriam generalem Plantarum Lugduni cuſam. Francofurti 1600. in-4.

C. B. Math. Caſparus Bauhinus in Mathiolum. Petri Andreæ Mathioli opera ſive Commentarii in Dioſcoridem Iconibus novis ſynonimis notiſque illuſtrati à Caſparo Bauhino. Baſileæ 1598. in-folio.

C. B. Phytop. Caſpari Bauhini Phytopinax. Baſileæ 1596. in-4.

C. B. Pin. Caſpari Bauhini Pinax Theatri Botanici. Baſileæ 1623. & 1671. in-4.

C. B. Prodr. Caſpari Bauhini Prodromus Theatri Botanici. Francofurti 1620. & Baſileæ 1671. in-4.

C. B. Theat. Caſpari Bauhini Theatri Botanici liber primus. Baſileæ 1665. in-folio.

C. B. Plant. Baſ. Caſpari Bauhini Plantarum circa Baſileam ſpontè naſcentium Catalogus. Baſileæ 1622. in-8.

Caſtor. Durant. Caſtor Durantes. Herbario novo di Caſtore Durante, Medico & Cittadino Romano. Romæ 1585. in Venetiâ 1636. in-4. & 1684. in-folio.

Cat. Plant. Holl. Catalogus Plantarum indigenarum Hollandiæ. Auctore Joanne Commelino. Amſtælodami 1685. in-12.

Cat. H. Amſt. Catalogus Plantarum Horti Amſtelædamenſis. Auctore Joanne Commelino, 1702. in-8.

Cat. uſ. H. Harl. Catalogus Plantarum uſualium Horti Medici Harlemenſis. Auctore Ægidio de Koker. Harlemi 1702. in-8.

Chabr. Chabræus. Stirpium Icones & Sciagraphia. Auctore Dominico Chabræo Med. Genevæ. 1666. in-folio.

Chomel. Abregé de l'Hiſtoire des Plantes uſuelles, par M. Chomel Conſeiller Medecin du Roy & de l'Academie Royale des Sciences. A Paris 1712. *in-12.*

Cluſ. App. Cluſius in Appendice Hiſtoriæ Plantarum.

Cluſ. App. Alt. Cluſius in Appendice alterâ ad librum VI.

Cluſ. Cur. Poſt. Cluſii curæ poſteriores Antuerpiæ, 1611. in-folio & in-4.

Cluſ. Exot. Cluſii Exotica. Caroli Cluſii exoticorum libri decem. Antuerpiæ 1605. in-fol.

Cluſ. Hiſp. Cluſii rariorum Plantarum per Hiſpanias obſervatarum Hiſtoriæ. Antuerpiæ 1576. in-8.

Cluſ. Hiſt. Cluſii Hiſtoria. Caroli Cluſii Atrebatis rariorum Plantarum Hiſtoria. Antuerpiæ 1601. in-folio.

Cluſ. Pann. Cluſii rariorum aliquot ſtirpium per Pannoniam, Auſtriam, &c. obſervatarum Hiſtoria. Antuerpiæ 1583. in-8.

Col. Columella. L. Junii Moderati Columellæ de re Ruſticâ libri 12. & de Arboribus liber unus. Lugduni 1541. in-8.

Col. in Rech. Columna in Rechum. Vide Hernandes.

Col. Obſ. Columnæ obſervationes Aquatilium Animalium; ad calcem partis primæ.

Col. part. 1. Columnæ Ecphraſis pars prima. Fabii Columnæ Lyncei minus cognitarum ſtirpium Ἔκφρασις 1616. in-4.

Col. part. alt. vel *part.* 2. Columnæ Ecphraſis pars altera ſeu ſecunda. Romæ 1616. in-4.

Col. Phytob. Columnæ Phytobaſanos. Neapoli 1592. in-4.

Com. Ac. R. Scient. Commentarii Academiæ Regiæ Scientiarum. Vide, Acta Academiæ Regiæ Pariſienſis.

Conſtant. Conſtantinus. *Traité de la Pharmacie Provinciale, ou pluſtoſt Provençale & fami-*

Digitized by Google

liere, pour montrer qu'on peut faire la Medecine avec les Plantes qui naiſſent en chaque Province. Par Antoine Conſtantin Medecin d'Aix en Provence. A Lion 1590. *in*-8.

Contant. Les Oeuvres de Jacques & Paul Contant Mes Apotiquaires de Poitiers, diviſées en 5. *traitez, ſçavoir un Commentaire ſur Dioſcoride, un Synopſis Plantarum, &c. A Poitiers* 1628. *in-fol.*

Cord. Hiſt. Valerii Cordi Hiſtoriæ ſtirpium libri IV. Argentinæ 1561. in-folio.

Cord. Annot. Cordi Annotationes. Valerii Cordi Simeſuſii Annotationes in Pedacii Dioſcoridis libros de Materiâ Medicâ. Libris Hiſtoriæ ſtirpium Cordi Argentinæ cuſis 1561. præfiguntur, & ad calcem Dioſcoridis Editi à Gualtero Rivio, Vid. Riv. Dioſc.

Cord. Jud. Cordi Judicium. Euricii Cordi Simeſuſii Judicium de herbis & ſimplicibus Medicinæ. Ad Calcem Dioſcoridis editi à Gualtero Rivio.

Corn. vel *Corn. Hiſt.* Cornuti. Cornuti Hiſtoria. Jacobi Cornuti Doct. Med. Pariſienſ. Canadenſium Plantarum aliarumque nondum editarum Hiſtoria, cui acceſſit Elenchus Plantarum circa Pariſios naſcentium. 1635. in-4.

Cor. Inſt. R. Herb. Corollarium Inſtitutionum Rei-Herbariæ. Joſephi Pitton Tournefort. Pariſiis 1703. in-4.

Creſc. Creſcentius. Petrus Creſcentius vel de Creſcentiis Bononienſis de Agriculturæ partibus libri 12. Baſileæ 1548. in-folio.

Dod. Gall. Dodonæi Hiſtoria Gallicè reddita. *L'Hiſtoire des Plantes communes, étrangeres ou rares, &c. compoſée par Dodoens ou Dodonée, & traduite du bas Allemand ou Flamand en François par Charles de l'Ecluſe ou Cluſius. A Anvers* 1557. *in-folio.*

Dod. Pempt. Dodonæi Pemptades. Remberti Dodonæi Mechlinienſis, Medici Cæſarei ſtirpium Hiſtoriæ Pemptades ſex ſeu libri XXX. Antuerpiæ 1616. in-folio.

Dod. ſtirp. Imag. Dodonæi ſtirpium Imagines ſeorſim cuſæ cum nomenclaturâ variâ & brevibus annotatiunculis, in-8. 1553. Antuerpiæ.

Donat. Donatus. Trattato de ſimplici, pietre & peſci marini di Antonio Donati. In Venetiâ 1631. in-4.

Dorſt. Bot. Dorſtenii Botanicon. Botanicon continens herbarum aliorumque ſimplicium quorum uſus in Medicina eſt, &c. Auctore Theodorico Dorſtenio Medico. Francofurti 1540. in-folio.

Duret. Duretus. *Hiſtoire admirable des Plantes & Herbes miraculeuſes en nature. Par Claude Duret Preſident à Moulins. A Paris* 1605. *in*-8.

Du Tertre. Hiſtoire naturelle des Iſles Antilles. Par le R. P. du Tertre de l'Ordre des Freres Preſcheurs. A Paris 1667. *in*-4.

Duval. Phyt. Duvallii Phytologia. Phytologia ſive Philoſophia Plantarum. Auctore Guillelmo Duval Doct. Med. Pariſienſis Pariſiis 1647. in-8.

Elem. Bot. Elementa Botanices. *Elemens de Botanique par M. Pitton Tournefort Profeſſeur en Botanique au Jardin Royal de Paris. A Paris de l'Imprimerie Royale,* 1694 *in*-8. 3. *vol.*

Eyſt. Eyſtetenſis Hortus, operâ Baſilii Beſleri Philiatri & Pharmacopæi. Norimbergæ 1613. in folio. 2. vol.

Ferr. Heſp. Ferrarii Heſperides. Joannis Baptiſtæ Ferrarii Senenſis, è Societate Jeſu Heſperides ſive de Malorum aureorum culturâ & uſu libri IV. Romæ 1646. in-folio.

Ferr. Flor. Cult. Ferrarii Florum cultura. Joannis Baptiſtæ Ferrarii, &c. de Florum culturâ libri IV. Romæ 1633. in-4. & Amſtælodami.

Flor. Altdorf. Floræ Altdorffinæ, Deliciæ Sylveſtres ſive Catalogus Plantarum in agro Altdorffino ſponiè naſcentium, à Mauritio Hoffmanno. Altdorffi 1662. 1677. in-4.

Florileg. Altdorff. Florilegium Altdorffinum, Deliciæ Hortenſes, ſive Catalogus Plantarum Horti Medici Altdorffini. Altdorffi 1660. & 1676. in-4.

Flor. Bat. Floræ Lugduno-Batavæ Flores ſeu Enumeratio ſtirpium Horti Lugduno Batavi, in ordinem diſpoſitarum; ex Lectionibus Hermanni. Lugduni Batavorum 1690. in-8.

Flor. Malab. Flora Malabarica, ſive Horti Malabari Catalogus quem in ordinem digeſſit, ſynonimiſque illuſtravit Caſparus Commelia. Lugduni Batavorum 1696. in-folio & in-8.

Flor. Norib. Flora Noribergenſis ſive Catalogus Plantarum in agro Noribergenſi tàm ſpontè naſcentium, quàm Exoticarum in Viridariis aut Horto Medico educatarum. Auctore Joanne Georgio Volckamero Medico Noribergenſi. Noribergæ. 1700. in-4.

Flor. Pruſſ. Flora Pruſſica ſive Plantæ in Regno Pruſſiæ ſpontè naſcentes, quarum Catalogus à Joanne Loeſelio primùm editus eſt abſque figuris, denuò recuſum Notis & Iconibus illuſtravit Joannes Gottſched. Regio Monti 1703. in-4.

Flor. Pruſſ. quaſ. Flora Pruſſica quaſimodo genita ſeu Enumeratio plantarum Indigenarum Pruſſiæ Auctore Georgio Andreâ Helving. Philippus Breynius Medicus Gedanenſis. Jacobi Breynii filius operi huic præfationem de ſcriptoribus rerum naturalium Boruſſiæ, animadverſioneſque in Floram Pruſſicam Lozalii præficit. Gedani 1712. in-4.

Franc. Trif. Fib. Franci Trifolii Fibrini Hiſtoria. Francofurti 1701. in-8.

Franc. Ver. Theez. Joannis Franci Veronica Théezans. Lipſiæ 1700. in-12.

Fuchſ.

Digitized by Google

Fuchſ. Fuchſius. De Hiſtoriâ ſtirpium Commentarii inſignes. Auctore Leonhardo Fuchſio. Baſileæ 1542. in-folio, Lugduni 1551. in-8.

Fuchſ. Parad. Fuchſii Paradoxorum Medicorum libri tres. Pariſiis 1555. in-8.

Ger. Emac. Gerardus Emaculatus. Joannis Gerardi Angli Hiſtoria Plantarum emaculata, Anglicè conſcripta. Londini 1597. in-folio.

Geſn. Epiſt. Geſneri Epiſtolæ. Epiſtolarum Medicinalium Conradi Geſneri Philoſophi & Medici Tigurini libri tres. Tiguri 1577. in-4.

Geſn. Epiſt. à Bauh. Edit. Geſneri Epiſtolæ à C. Bauhino editæ Baſileæ 1591. in-8.

Geſn. de Fig. Lapid. Geſnerus de figuratis lapidibus. Conradi Geſneri de rerum foſſilium, lapidum & gemmarum maximè figuris & ſimilitudinibus liber. Tiguri 1565. in-8.

Geſn. H. Germ. Geſnerus de Hortis Germaniæ liber cum hiſtoriâ ſtirpium Valerii Cordi editus.

Geſn. Lunar. Geſnerus de Lunariis herbis & rebus noctu lucentibus. Tiguri 1555. in-4.

Geſn. Mont. Fract. Geſneri deſcriptio Montis Fracti, ſeu Montis Pilati juxta Lucernam. Tiguri 1555. in-4.

Goiſſon. D. Joannes-Baptiſta Goiſſon Doctor Medicus Monſpelienſis, Collegio Lugdunenſi Aggregatus, rerum Anatomicarum & Botanicarum peritiſſimus, in Italiâ & Hiſpaniis, dum utriuſque Coronæ exercituum Medici munere fungeretur, plantas plurimas rariores & nondum deſcriptas obſervavit & collegit; in Lugdunenſi quoque agro, quò adoleſcens adhuc eum in primis meis Botanices ſtudiis ducem ſecutus ſum, multas non vulgares detexit quas cum Elencho ſtirpium Lugdunenſis agri propediem evulgabit.

Hannem. Meth. Hannemanni Methodus. Nova & accurata Methodus cognoſcendi vegetabilia juxta triplicem cognitionem Grammaticam, Philoſophicam & Medicam. Auctore Joan. Ludovico Hannemann. Kilonii 1677. in-4.

Hernand. Hernandez. Rerum Medicarum Novæ Hiſpaniæ Theſaurus, ſeu Plantarum Animalium, Mineralium Mexicanorum hiſtoria ex Franciſci Hernandi relationibus ſcripta, à Nardo Antonio Reccho in ordinem digeſta, à Joanne Terentio Syneco notis illuſtrata, ac additionibus Fabii Columnæ Lyncei locupletata. Romæ 1628. in-folio.

H. Amſt. Hortus Amſtelodamenſis. Horti Medici Amſtelodamenſis rariorum plantarum hiſtoria. Auctore Joanne Commelino. Amſtelodami 1697. in-folio.

H. Amſt. p. Alt. Horti Amſtelodamenſis pars altera. Auctore Caſparo Commelino. Amſtelodami 1701. in-folio.

H. Argent. Hortus Argentinenſis. Catalogus Plantarum Horti Academici Argentinenſis. Authore Marco Mappo Medico Argentinenſi. Argentorati 1691. in-12.

H. Beaum. Hortus Beaumontianus. Horti Beaumontiani Exoticarum Plantarum Catalogus. Hagæ Comitis 1690. in-8.

H. Cath. Hortus Catholicus. Auctore R. P. Franciſco Cupani. Neapoli 1696. in-4. ad calcem ſupplementum addidit.

H. Cath. ſupp. Alt. Horti Catholici ſupplementum alterum. Auctore R. P. Franciſco Cupani. Panormi 1697. in-4.

H. Edinb. Hortus Medicus Edinburgenſis. Auctore Jacobo Sutherland. Edinburgi 1683. in-8.

H. L. Bat. Vorſt. Horti Lugduno-Batavi Catalogus. Præfecto ejuſdem Horti Adolfo Vorſtio Med. ad calcem Iſagoges rei-herbariæ Spigelii.

H. L. Bat. Hortus Academicus, Lugduno-Batavus Pauli Hermanni. Lugduni-Batavorum 1687. in-8.

H. Mal. Hortus Malabaricus duodecim voluminibus in-folio comprehenſus, quorum primum 1678. ultimum verò 1693. fuit editum Amſtelodami.

H. Pat. Hortus Patavinus Georgii à Turre. Patavii 1662. in-12.

H. Piſan. Hortus Piſanus Thomæ Bellutii Piſtorienſis. Florentiæ 1662. in-16.

H. R. Bleſ. Hortus Regius Bleſenſis. Pariſiis 1655. in-folio.

H. R. Monſp. Hortus Regius Monſpelienſis Petri Magnol. Monſpelii 1697. in-8.

H. R. Par. Hortus Regius Pariſienſis. Pariſiis 1665. in-folio.

H. Vitemberg. Hortus Vitembergenſis. Index Plantarum Horti Medici Academiæ Vitembergenſis. Auctore Joanne Henrico Henchero Med. Vitembergæ 1711. in-4.

J. B. Abſinth. Joannes Bauhinus de Abſinthio, ſeu de Plantis Abſinthii nomen habentibus, cum tractatu de Abſinthiis Claudii Rocardi. Montiſbeligardi 1593. in-12.

J. B. 1. 150. Joannis Bauhini tomus primus, pagina 150. Hiſtoria Plantarum univerſalis, tribus voluminibus comprehenſa; auctoribus Joanne Bauhino Archiatro, Joanne Henrico Cherlero Doctore, Baſileenſibus; quam recenſuit & auxit Dominicus Chabræus Doct. Med. Genevenſis. Ebroduni 1650. in-folio.

J. B. Plant. à Div. Joannes Bauhinus de Plantis à Divis denominatis. Baſileæ 1591. in-8.

J. B. Boll. Joannes Bauhinus de Aquis Medicatis Bollenſibus libri quatuor, item de variis

Digitized by Google

foſſilibus, ſtirpibus & inſectis Agri Bollenſis. Montiſbeligardi 1607. in-4.

Icon. Robert. Icones Roberti. Variæ ac multiformes florum ſpecies appreſſæ ad vivum. Auctore Nicolao Robert. Pariſiis apud Franciſcum Poilly viâ Jacobæâ. in-4.

Imp. Imperatus. Hiſtoria naturale di Ferrante Imperato Neapolitano. Neapoli 1599. Venetiis 1672. in-folio.

Imp. lat. Imperati Hiſtoria latinè reddita.

Inſt. R. Herb. Inſtitutiones Rei-herbariæ Joſephi Pitton Tournefort. Pariſiis 1700. è Typographiâ Regiâ, 3. vol. in-4.

Inſt. R. Herb. App. Inſtitutionum Rei-herbariæ Appendix.

Joncq. Hort. Joncqueti Hortus. Dyoniſii Joncquet Medici Pariſienſis Hortus. Pariſiis 1659. in-4.

Jonſt. Dendr. Jonſtonii Dendrologia. Joannis Jonſtonii Dendrologia ſive Hiſtoria de Arboribus. Francofurti 1662. in-folio.

Lauremb. H. Cult. Laurembergii de Horti Culturâ libri duo. Francofurti ad Mœnum 1654. in-4.

Lauremb. App. Plant. Laurembergius Apparatus Plantarius, ſive de Plantis Bulboſis & Tuberoſis libri duo. Francofurti ad Mœnum 1654. in-4.

Lippi. Auguſtinus Lippi Pariſinus, Medicus Pariſienſis. Domino Du Roule Regio in Æthiopiam Legato, Botanices amore, itineris nec non & mortis à Barbaris illatæ comes fuit.

Lovell. Robert Lovell herball compleat ſive Enchiridion Botanicum Anglice ſcriptum. Oxonii 1665. in-8.

Lob. Adv. Lobelii Adverſaria. Stirpium Adverſaria nova auctoribus Petro Penâ & Mathiâ de Lobel Medicis. Londini 1570. 1605. in-folio, & Antuerpiæ 1576.

Lob. Adv. p. alt. Lobelii Adverſariorum pars altera. Antuerpiæ, Londini 1576. & 1605. in-fol.

Lob. Icon. Lobelii Icones. Icones ſtirpium. Antuerpiæ 1587. in formâ longâ.

Lob. Illuſt. Lobelii Illuſtrationes. Mathiæ de Lobel Botanographi Regii ſtirpium illuſtrationes, accurante Guillelmo How Anglo editæ. Londini 1655. in-4.

Lob. Obſ. Lobelii Obſervationes, ſtirpium hiſtoria Mathiæ de Lobel Inſulani. Antuerpiæ 1576. in-folio.

L. c. id eſt loco citato, vel locis citatis.

Lugd. vel *Lugd. Hiſt.* Lugdunenſis Hiſtoria. Hiſtoria Generalis Plantarum à Dalechampio Medico Lugdunenſi elaborata. Lugduni 1586. in-fol. 2. vol.

Lugd. App. Lugdunenſis Hiſtoriæ Appendix.

Lugd. Gall. Lugdunenſis Hiſtoria Gallicè reddita. Lugduni 1676. in-folio 2. vol.

Marcgr. Marcgravius. Georgii Marcgravii de Liebſtad, Miſnici Germani hiſtoria rerum naturalium Braſiliæ libri octo editi cum hiſtoriâ Piſonis Lugduni-Batavorum 1648. in-fol.

Math. Lat. Valgriſ. Mathiolus latinè editus à Valgriſio. Petri Andreæ Mathioli Senenſis, Medici, Commentarii in ſex libros Pedacii Dioſcoridis. Venetiis ex officinâ Valgriſianâ cum magnis figuris, 1565. in-folio. Italicè primùm, dein variis formis, linguis, & locis prodierunt in publicum.

Mentz. Mentzelius. Index nominum Plantarum multilinguis. Operâ Chriſtiani Mentzelii. Berolini 1682. in-folio.

Menzt. Pugil. Mentzelii Pugillus rariorum Plantarum ad calcem Indicis multi-linguis editus.

Merret. Pinax r. Brit. Merett. Pinax rerum naturalium Britannicarum. Londini 1667. in-8.

Mor. Hiſt. Oxon. part. 2. Moriſſonii Hiſtoriæ Oxonienſis pars ſecunda. Plantarum hiſtoriæ univerſalis Oxonienſis pars ſecunda. Auctore Roberto Moriſſon. Oxonii 1680. in-folio.

Mor. Hiſt. Oxon. part. 3. Moriſſonii Hiſtoriæ Oxonienſis pars tertia. Auctore Roberto Moriſſon, à Jacobo Boberto edita & illuſtrata. Oxonii 1699. in-folio.

Mor. H. R. Bleſ. Moriſſonii Hortus Regius Bleſenſis auctus, ſeu præludia Botanica. Londini 1669. in-8.

Mor. Umb. Moriſſonii Umbelliferarum plantarum diſtributio nova. Oxonii 1679. in-fol.

Munting. Aloid. Muntingii Aloidarium. Sive Aloes mucronato folio, Americanæ majoris, aliarumque ſpecierum hiſtoria. Amſtelodami 1680. in-4.

Munting. Herb. Brit. Muntingii de herbâ Britannicâ. De verâ antiquorum herbâ Britannicâ ejuſdemque efficaciâ. Auctore Abrahamo Muntingio Med. Doct. & Bot. Prof. Amſtelodami 1681. in-4.

Munting. Phyt. Muntingii Phytographia curioſa. Amſtelodami 1711. in-fol.

Muſ. Petiv. Cent. Muſei Petiveriani Centuriæ octo quæ variis prodiere temporibus Londini. 1ª. 1695. & ultimâ 1700. in-8.

Olhaſ. Elench. Plant. Dant. Olhaſii Elenchus plantarum circa Dantiſcum naſcentium. Gedani. 1656. in-8.

Par. Bat. Paradiſus Batavus Pauli Hermanni. Lugduni Batavorum 1698. & 1705. in-4.

Digitized by Google

Park. Parad. Parkinſoni Paradiſus terreſtris Anglicè conſcriptus. Londini 1629 in-folio.

Park. Theat. Parkinſoni Theatrum Botanicum Anglicè ſcriptum. Londini 1640. in-fol.

Paſſ. Icon. Paſſæi Icones. Hortus floridus in quo rariorum & minus vulgarium florum Icones ad vivum delineatæ & ſecundum anni tempora diviſæ exhibentur à Criſpo Paſſæo juniore. Arnhemi, & Trajecti ad Rhenum 1614. in formâ longâ.

Petiv. Gazoph. Petiverii Gazophylacium naturæ & artis. Londini 1702. in-folio.

Piſon. Hiſt. Piſonis hiſtoria naturalis Braſiliæ. Lugduni-Batavorum 1648. in-folio.

Pillet. Pilleterius. Plantarum in Walachriâ Zelandiæ inſulâ naſcentium ſynonimia; Auctore Caſparo Pilleterio. Middelburgi 1610. in-8.

Plin. Plinius. Caii Plinii ſecundi hiſtoriæ mundi libri XXXVII.

Pluk. Almag. Pluxenetii Almageſtum Botanicum ſive Phytographiæ Pluxenetianæ Onomaſticon. Londini 1696. in-folio.

Pluk. Amalth. Pluxenetii Amaltheum Botanicum ideſt ſtirpium Indicarum alterum cornu copiæ. Londini 1703. in-folio.

Pluk. Phyt. Pluxenetii Phytographia ſeu ſtirpium Icones ad vivum delineatæ, cujus Phytographiæ partes priores editæ ſunt Londini 1691. in-folio; tertia 1692. in fol.

Pluk. Mantiſſ. Pluxenetii Mantiſſa Almageſti Botanici. Londini 1700. in-fol.

Plum. Plumerius. *Deſcription des Plantes de l'Amerique, avec leurs Figures. Par le R. P. Plumier Minime. A Paris 1693. edition du Louvre in-fol.*

Plum. Fil. Plumerius de Filicibus Americanis. Pariſiis 1705. ex Typographia regiâ, in-fol.

Plum. Nov. Plant. Amer. gen. Plumerii nova Plantarum Americanarum genera. Pariſiis 1703. in-4.

Plum. Cat. Plumerii Catalogus Plantarum Americanarum ab ipſo deſcriptarum, & delineatarum ac in Inſtitutionibus Rei-herbariæ recenſitarum. Jungitur cum Novis Plantarum Americanarum generibus.

Pon. Bald. Ital. Ponæ Montis Baldi deſcriptio Italicè ſcripta. Monte Baldo deſcritto da Giovanni Pona Veroneſe. In Venetia 1617. in-4. Eadem deſcriptio latinam reddidit Cluſius, & ſuæ Plantarum hiſtoriæ adjecit.

Pon. Bald. latin. Ponæ Montis Baldi deſcriptio latinè reddita, cui appoſita eſt diſceptatio de Amnomo veterum habita à Nicolao Maronæâ Medico Veronenſi. Baſileæ 1608. in-4.

Pons Animad. in hiſt. Lugd. Jacobi Pons Medici Lugdunenſis Animadverſiones in hiſtoriam generalem Plantarum Lugduni cuſam. Lugduni 1600. in-8.

Prodr. Par. Bat. Prodromus Paradiſi Batavi cum ſcholâ Botanicâ editus. Vid. Schol. Bot.

P. Alp. Ægypt. Proſper Alpinus de Plantis Ægypti. Venetiis 1592. in-4.

P. Alp. Ægypt. cum Not. Veſling. Proſper Alpinus de Plantis Ægypti cum notis Veſlingii. Patavii 1640. in-4.

P. Alp. Exot. Proſper Alpinus de Exoticis Plantis. Venetiis 1627. in-4.

Raii Cat. Angl. Raii Catalogus Plantarum Angliæ & Inſularum adjacentium. Londini 1677. in-8.

Raii Cat. Cant. Raii Catalogus Plantarum circa Cantabrigiam naſcentium. Cantabrigiæ 1660. in-12.

Raii Cat. Cant. App. Raii ad Catalogum Plantarum agri Cantabrigienſis appendix. Cantabrigiæ 1685. in-12.

Raii Hiſt. Raii Hiſtoria Plantarum. Londini 1686. 2. vol. in-fol.

Raii Hiſt. 3. Raii Hiſtoriæ Plantarum tomus tertius. Londini 1704. in-folio.

Raii Meth. Raii Methodus Plantarum nova, ſynopticè in tabulis exhibita. Londini 1682. in-8.

Raii Meth. Emend. Raii Methodus Plantarum emendata & aucta. Londini 1703. in-8.

Raii Syll. Raii Sylloge plantarum extra Britannias naſcentium. Londini 1694. in-8.

Raii Synopſ. Raii Synopſis Methodica ſtirpium Britannicarum. Londini 1690. & 1696. in-8.

Raii Meth. Var. Raii de Methodis Plantarum variis diſſertatio. Londini 1696. in-8.

Renealm. Renealmus. Pauli Renealmi Blæſenſis Doct. Med. ſpecimen hiſtoriæ Plantarum. Pariſiis 1611. in-4.

Richier Anomat. Richieri Onomatologia, ſeu Nomenclatura ſtirpium Horti Regii Monſpelienſis recens conſtructi, à Richiero de Belleval Medico Regio, Anatomes & Botanices Profeſſore. Monſpelii 1598. in-12.

Richier. Richierus de Belleval. *Deſſein touchant la recherche des Plantes du Languedoc, par M. Richier de Belleval. A Montpelier 1605. in-8.*

Rivin. Rivinus. Introductio generalis in Rem-herbariam cum ordine Plantarum quæ ſunt flore regulari monopetalo. Authore Quirino Rivino Med. Prof. Lipſiæ 1690. in-folio. Ordo vero Plantarum quæ ſunt flore regulari, pentapetalo. Lipſiæ 1699. editus eſt in-folio.

Rob. Cat. Robini Botanici Regii Catalogus ſeu Enchiridion Iſagogicum ſtirpium quas Lutetiæ colebat. Pariſiis 1624. in-8.

Rob. Florileg. Robini Florilegium à Petro Vallet cuſum. *Le Jardin du Roy Tres-Chreſtien Loüis XIII. A Paris 1623. in-folio.*

Digitized by Google

Rolfinc. Rolfincius de Vegetabilibus. Jenæ 1670. in-4.

Rondel. Rondeletius de Piſcibus. Lugduni 1554. in-fol.

Ruell. Ruellius. De naturâ ſtirpium libri tres Joanne Ruellio Auctore. Pariſiis 1536. in-fol.

Scheuchz. Sceuchzerus. Οὐρεσιφοίτης Helveticus, ſive Itineris Alpini deſcriptio 1. 2. & 3. Authore Joanne Jacobo Scheuchzero Medico Tigurino. Londini 1708. in-4.

Scheuchz. Agroſtograph. Prodr. Joannis Scheuchzeri Med. Tigurini Agroſtographiæ Helveticæ Prodromus. Tiguri 1708. in-fol.

Schol. Bot. Schola Botanica ſive Catalogus Plantarum quas in Horto Regio Pariſienſi indigitavit Turnefortius,ut & Prodromus Paradiſi Batavi P. Hermanni. Amſtelædami 1689. in-12.

Scheuvenck. Scheuvenckius. Stirpium & Foſſilium Sileſiæ Catalogus à Caſparo Schuvenckfelt. Lipſiæ 1600. in-4.

Scot. Illuſt. Scotia illuſtrata. Authore Roberto Sibbaldo. Edinburgi 1684. in-folio.

Sim. Paul. Quadr. Simonis Paulli quadripartitum Botanicum. Argentorati 1667. in-4.

Sim. Paul. abuſ. Tab. & Thé. Simonis Paulli de abuſu Tabaci & Herbæ Thée Commentarius. Argentorati 1665. in-4.

Sloan. Cat. Jamaic. D. Hans Sloane Catalogus Plantarum Inſulæ Jamaicæ. Londini 1696. in-8.

Sloan. Hiſt. Jamaic. D. Hans Sloane Medici Londinenſis Hiſtoria Naturalis Jamaicæ Anglicè ſcripta. Londini 1707. in-folio.

Stephan. Præd. Caroli Stephani Prædium ruſticum. Pariſiis 1629. in-8.

Stephan. de re Hort. Carolus Stephanus de re Hortenſi. Pariſiis 1535. in-8.

Stephan. Semin. Caroli Stephani Seminarium ſeu Plantarium arborum quas poſt Hortos conſerere ſolet vulgus. Pariſiis 1536. in-8.

Suvert. Suvertius. Emanuelis Suvertii Florilegium. Francofurti 1612. Amſtælodami 1647. in-folio.

Tabern. Hiſt. Tabernæ montani Hiſtoria Plantarum Germanicè ſcripta. Francofurti 1613. in-folio.

Tabern. Icon. Tabernæ montani Icones Plantarum. Francofurti 1590. in formâ longâ.

Thal. Sylv. Herc. Thalii Sylva Hercynia ſive Catalogus Plantarum ſponte naſcentium in montibus & locis vicinis Hercyniæ. Francofurti 1558. in-4. Cum Camerarii horto editus.

Thev. Franc. Antarct. Les ſingularitez de la France Antarctique, par André Thevet. A Paris 1558. *in-4.*

Thev. Coſmograph. Theveti Coſmographia. *Coſmographie du Levant par André Thevet d'Angouleſme. A Lyon* 1554. *in-4.*

Thurneiſſ. Thurneiſſeri Hiſtoria ſeu deſcriptio Plantarum tàm domeſticarum, quàm exoticarum, earumdem vires influentiales & ſignaturas complectens. Berlini 1578. in-folio.

Trag. Tragus. Hyeronimi Tragi de ſtirpibus libri tres. Argentorati 1552. in-4.

Triumf. Obſerv. Triumfetti Obſervationes de Ortu ac vegetatione Plantarum. Romæ 1685. in-4.

Triumf. Præluſ. Triumfetti Præluſio Botanica habita anno Jubilæi. Romæ 1700. in-4.

Triumf. Syllab. Triumfetti Syllabus Plantarum horto Medico Romano additarum. Romæ 1688. in-4.

Turnef. de Opt. Meth. Turnefortii Medici Pariſienſis, & Bot. Profeſſ. de Optimâ methodo inſtituendâ in re herbariâ, ad ſapientem virum G. Sherardum Anglum Epiſtola. Pariſiis 1697. in-8.

Turnef. Plant. Pariſ. Hiſt. Turnefortii Plantarum circa Pariſios naſcentium Hiſtoria. *Hiſtoire des Plantes qui naiſſent aux environs de Paris, avec leur uſage dans la Medecine. Par M. Pitton de Tournefort. A Paris de l'Imprimerie Royale* 1698. *in-8.*

Vaillant. D. Sebaſtianus Vaillant in Horto Regio Pariſienſi Plantarum Prodemonſtrator, à quo Plantarum in agro Pariſienſi naſcentium Turnefortianâ auctiorem perfectioremque hiſtoriam mox edendam expectamus.

Wepf. Wepferus de Cicutâ Aquaticâ. Baſileæ 1679. in-4.

Veſling. in P. Alp. Veſlingius in Proſperum Alpinum. Patavii 1638. in-4.

V. Luſit. Viridarium Luſitanicum Gabrielis Griſley. Ulyſſipone 1660. in-12.

Whel. Itin. Wheleri Itinerarium. *Voyage de Dalmatie, de Grece & du Levant, par George Wheeler, traduit de l'Anglois. A Anvers* 1699. *in 8. 2. vol.*

Zan. Hiſt. Zanoni Hiſtoria. Iſtoria Botanica di Giacomo Zanoni ſimpliciſta e ſopra intendente all'horto publico di Bologna. In Bologna 1675. in-folio.

PLANTÆ

Digitized by Google

PLANTÆ

PER GALLIAM, HISPANIAM ET ITALIAM OBSERVATÆ, ICONIBUS EXHIBITÆ A R. P. JACOBO BARRELIERO; VARIIS EARUMDEM APUD AUCTORES APPELLATIONIBUS, RARIORUMQUE DESCRIPTIONIBUS ADJECTIS.

1. MANDRAGORA fœmina, flore cæruleo *Barr. Icon. 29.* Mandragora fœmina *Cluſ. Hiſtor. lxxxvj.* Mandragora foliis aſperis, fructu parvo, ovato & acuminato *Cor. Inſt. R. Herb. 1.* Mandragora flore ſubcæruleo, purpuraſcente *C. B. Pin. 169. Raii Hiſtor. 669. La Mandragore femelle.* Vires vide in Hiſt. Raii l. c. & in Obſerv. Lob. pag. 138.

2. Belladona fruteſcens, rotundifolia, Hiſpanica *Inſt. R. Herb. 77.* Solanum frutex, rotundifolium, Hiſpanicum *Barr. Icon. 1173.*

3. Polygonatum latifolium, flore albo, majore, odorato *Barr. Icon. 711. n. 1.* Polygonatum floribus ex ſingularibus pediculis *I. B. 3. 529. Raii Hiſt. 665. Le Seau de Salomon à fleur odorante.* Icon. Barr. & deſcriptio ex J. Bauhino l. c. ſunt depromptæ. Vires vide in Hiſt. Raii pag. 667.

4. Ruſcus aculeatus, rotundiore & ampliore folio. Bruſcus ſeu Ruſcus rotundifolius, vel Myrtacantha latifolia *Barr. Icon. 517. Le Houx-frelon, ou le petit Houx à feuilles larges.* Varietas eſt Ruſci vulgaris, à quo diſcrepat foliis amplioribus & rotundioribus. Vires Ruſci vide in Hiſt. Raii 664.

Digitized by Google

5. Ruſcus anguſtifolius, fructu folio innaſcente *Inſt. R. Herb. 79.* Hippogloſſum ſeu Biſlingua *Barr. Icon. 249.* Bonifacia ſive Biſlingua *J. B. 1. 575. Raii Hiſt. 663.*

6. Ruſcus latifolius, fructu folio innaſcente *Inſt. R Herb. 79.* Laurus Alexandrina vera Dioſcoridis & Theophraſti *Barr. Icon. 250.* Laurus Alexandrina *J. B. 1. 574. Col. part. 1. 165. Raii Hiſt. 663. Le Laurier Alexandrin.* Vires in Hiſt. J. Bauh. & Raii l. c. Icon. Barr. ex Fab. Columnâ l. c.

7. Gentiana major, vulgaris, pallido & parvo flore *Barr. Icon. 63.* Gentiana major, veterum *Cluſ. Hiſt. 311.* quoad Iconem. *La grande Gentiane à fleur pâle.* Varietas eſt Gentianæ majoris, luteæ C. B. Pin. 187. Icon. Barr. ex Cluſio depromptal. c. Vires recenſentur apud Schroderum, & in Hiſt. Raii 716. Ex Apenninis & Italiæ montibus habuit Barr.

8. Gentiana Alpina, major, flore aureo & purpureo obſoleto *Barr. Icon. 69,* Gentiana major, alia *Camer. Epit. 416.* Gentiana major, pallido flore, punctis diſtincto *Cluſ. Hiſt. 312.* Hæc à ſuperiori diſtinguitur foliis minoribus, acutioribus, alio virore nitentibus & rariora per intervalla cauli adnatis; Radice craſſiore, & brachii quandoque craſſitudinem æquanti, magis divaricatâ atque diviſâ: caule ad ſummum cubitali; floribus denique minoribus nonnihil, ad oras tantùm diſſectis & denticulatis, verrucoſis & nigropurpureis maculis variegatis. In montibus Delphinatûs ſupra oppidum *Bourgdoyſan*, & circa Gratianopolim in monte *Charouſſe*, atque in monte Divi Hugonis collegit Barr. Nos in monte *Grandſon* ſupra Cœnobium Majoris Carthuſiæ obſervavimus, necnon in celſioribus pratis Vallis Barſilionenſis. Icon. Barr. ex Camer. l. c.

9. Gentiana major, purpureo flore Cluſii *Barr. Icon. 64. Cluſ. Hiſt. 312.* Gentiana major purpurea *C. B. Pin. 187. Raii Hiſt. 716. La grande Gentiane à fleur purpurine.* Icon. Barr. ex Cluſ. l. c.

10. Gentiana Aſclepiadis folio *Barr. Icon. 70. C. B. Pin. 187.* Gentiana 2. cæruleo flore *Cluſ. Hiſt. 312. Raii Hiſt. 717.* Icon. Barr. ex Cluſ. l. c. In Maurianâ ſæpiùs invenit Barr. præſertim in monte *Armillon* dicto. Copiosè & ſatis frequenter in editioribus pratis ſupra Vapincum & in Valle Barſilionenſi nobis fuit obvia.

11. Gentiana minor, cruciata, flore cæruleo, erectior *Barr. Icon. 65.* Gentiana III. cruciata *Cluſ. Hiſt. 313.* Gentiana cruciata *C. B. Pin. 188. Raii Hiſt. 717.* Icon. Barr. ex Cluſ. l. c. Vires vide in Hiſt. J. Bauh. 3. 522. & in Hiſt. Raii. l. c.

12. Gentiana minor, cruciata, flore purpureo, ſupina *Barr. Icon. 66.* Gentiana minor *Camer. Epit. 417.* Varietas ſuperioris. Icon. Barr. ex Camer. l. c. Ex Apenninis & Æquicolorum montibus habuit Barr.

13. Gentiana cærulea, punctata, annua Pennæi, XII. Cluſii *Barr. Icon. 91. Cluſ. Hiſt. 316.* Gentiana paluſtris, latifolia, flore punctato *C. B. Pin. 188. Raii Hiſt. 721.* Icon. Barr. ex Cluſ. l. c. In pratis humidioribus Vallis Barſilionenſis provenit, necnon circa Vapincum, præſertim in pratis montis *la Chapelanie* dicti. Hujus prima folia depinxit Boccone in Muſei ſui part. 2. Tab. 119. nomine Gentianæ Pyrolæ folio.

14. Gentiana autumnalis, anguſtifolia, major, *C. B. Pin. 188. 6.* ſpec. *Raii Hiſt. 719.* Gentiana minima Mathioli *Barr. Icon. 51. n. 2.* & *Math. Edit. Bauh. 481.* Pneumonanthe Cordi quoad figuram *Barr. Icon. 51. n. 1.* & *Cord. Hiſt. 162.* Pneumonanthe Lobelii, Dodonæi, Cluſii, Gerardi *Barr. Icon. 122. n. 1. Lob. Icon. 309. Lob. Obſ. 166. Dod. Pempt. 168. Cluſ. Hiſt. 313.* & *Ger. emac. 438.* Gentianella ſeu Calathiana Viola Lugd. Hiſt. *Barr. Icon. 51. n. 11. Lugd. 824.* Gentianella ſeu Campanula pratenſis Lugd. Hiſt. *Barr. Icon. 52. n. 1. Lugd. 824.* Hæ quinque Icones Barr. ex Authoribus citatis ſunt depromptæ. Tertia aliis anteponenda. 15. Gen-

Digitized by Google

15. Gentiana autumnalis, minor, annua, flore cruciato ad latera piloſo, fugax *Barr. Icon. 121.* Gentianella autumnalis, foliis Centaureæ minoris, flore cæruleo *Eyſt.* Gentiana cærulea, fimbriata, anguſtifolia, autumnalis Columnæ *Barr. Icon. 97. n. 1. Col. part. 1. 222.* 5. ſpec. *Raii Hiſt. 719.* Gentiana cærulea, oris piloſis *Inſt. R. Herb. 81.* Icones Barr. ex Hort. Eyſt. & Col. l. c. Sæpiùs nobis fuit obvia menſibus Auguſto & Septembri circa Genevam, tum etiam ſupra Vapincum ſecus fluvium *Drac* dictum, necnon in Valle Barſilionenſi.

16. Gentiana Alpina, pumila, verna, minor *Inſt. R. Herb. 81.* Gentianella purpurea, minima Columnæ *Barr. Icon. 97. n. 11. Col. part. 1. 22.* & *Raii Hiſt. 718.* Icon. Barr. ex Col. l. c.

17. Gentiana Alpina, pumila, brevi folio *Inſt. R. Herb. 81.* Gentianella fugax Cluſii *Barr. Icon. 103. n. 111.* IV. *Cluſ. Hiſt. 315. Raii Hiſt. 720.* Gentiana minima *Lob. Icon. 310. Adv. 131.* Icon. Barr. ex Lob. l. c.

18. Gentiana utriculis ventricoſis *C. B. Pin. 188.* Gentianella cærulea, cordata Columnæ *Barr. Icon. 122. n. 11. Col. part. 1. 221. & Raii Hiſt. 721.* Gentianella annua, azureo flore *Barr. Icon. 48.* prior Icon. Barr. ex Col. l. c. altera ex Corvino.

19. Gentiana autumnalis, ramoſa *C. B. Pin. 188. Raii. Hiſt. 720.* Gentianella autumnalis, annua, cæruleo-purpurea, multiflora *Barr. Icon. 102. & Eyſt.* Icon Barr. ex Hort. Eyſt.

20. Gentiana pratenſis, flore lanuginoſo *C. B. Pin. 188. Raii Hiſt. 719.* Gentiana fugax Cluſii, Bauhini, purpuro-cærulea *Barr. Icon. 510. n. 11.* Gentianellæ ſpecies quibuſdam, an Cordo Pneumonanthe, aut Gentiana fugax altera Cluſii *J. B. 3. 526.* Icon. Barr. ex J. Bauh. l. c.

21. Gentiana pratenſis, flore breviore & majore *C. B. Pin. 188. Raii Hiſt. 720.* Gentianella fugax, Cluſii, Bauhini, ſub cærulea *Barr. Icon 510. n. 1.* III. *Cluſ. Hiſt. 315. & J. B. 3. 526.* Icon Barr. ex J. Bauh. l. c.

22. Gentiana Alpina, pumila, Centaurii minoris folio *Inſt. R. Herb. 87.* Calathiana verna, cæruleo-purpurea Dalechampii *Barr. Icon. 509. n. 1. Lugd. 824.* Calathiana verna, cæruleo-purpurea Dalechampii Joan. Bauhini, *Barr. Icon. 509. n. 11. J. B. 3. 527.* Gentianella fugax, æſtiva, ſtellata, cærulea, minor *Barr. Icon. 103. n. 11.* Gentianella fugax v. Cluſii, flore cæruleo, colore elegantiſſimo *J. B. 3. 527. Raii Hiſt. 720.* Gentianella fugax æſtiva, cærulea, minor *Barr. Icon. 103. n. 1.* Gentiana XI. ſive fugax v. *Cluſ. Hiſt. 316.* Icones Barr. ex Authoribus citatis ſunt depromptæ.

23. Gentiana Alpina, pumila, flore aureo. Gentianella fugax, Alpina, flore aureo *Barr. Icon. 104.* Elegans hæc ſpecies ſuâ Icone non major, ramoſa, & multis donata cauliculis erectis, firmis, in latera magis quàm in figurâ nonnihil expanſis, glabris, rotundis, pallentibus & erumpentibus ex radice tenui, lignoſâ, paucis fibris capillatâ, brevi & ſubluteâ. Folia humifuſa ſtellatim diſponuntur Myrtina quæ minora acutioraque fiunt dum ſummum ramorum aſſequuntur, per ſingula internodia bina. Flores lutei ſeu aurei, Campanulæ aut Calathi formâ, in quinas acutas altaſque lacinias per oras diviſi è Calyce virenti & in quinque radios ſciſſo emergunt. E tubi fundo ſurgit piſtillum ventricoſum, ſemine prægnans, pallidis quinque ſtaminibus apices aureos bifidos gerentibus ſtipatum. Tota planta amara eſt. Ex Alpibus circa oppidum *Bourgdoyſan* ſitis habuit. Barr. Suſpicor hanc delineaſſe & deſcripſiſſe ex plantâ ſiccâ. Color enim albus florum, præſertim Gentianarum, exſiccatione in flavum & ſub flavum facilè mutatur.

24. Gentiana Alpina, magno flore *J. B. 3. 523. Raii Hiſt. 718.* Gentianella Helvetia, amplo azureo flore *Barr. Icon. 47.* Gentianella Alpina, lato acuto folio, flore minus patulo, albo, cæruleo & cœſio. *Barr. Icon. 106.* Gentianella Alpina, lato, rotundiore folio, flore amplo reflexo, colore azureo *Barr. Icon. 105.* Gentianella minor, purpurea, Violæ Marianæ flore *Barr. Icon. 110. n. 11. Bocc. Muſ. part. 2. 21. Tab. 6.* Gentiana Helvetia *Lob. Icon. 310. & Adv.*

A ij *130.*

Digitized by Google

130. Gentianella minor, ἀκαυλὸς, Violæ & maximi convolvuli flore *Barr. Icon. 110. n. 1.* Gentianella minima, latifolia *Lugd. 828.* Icones Barr. ultimæ ex Lob. & Dalech. depromptæ l. c. Frequens eſt in Alpibus ſupra Gratianopolim, circa Camberiacum, & in Valle Barſilionenſi. Multum ludit foliis ſuis modò rotundioribus, acutioribus modò, nunc anguſtis, nunc amplioribus.

25. Gentiana Alpina, pumila, verna, major *Inſt. R. Herb. 80.* Gentianella minor, verna, cæruleo ſtellato flore Cluſii *Barr. Icon. 109. n. 1. Cluſ. Hiſt. 315.* 3. ſpecies *Raii Hiſt. 718.* Gentianella Alpina, minor, verna, ſubrotundo folio, flore cæruleo *Barr. Icon. 98.* Gentianella minima, verna, flore cæruleo *Eyſt.* Gentiana minor, cæruleo, ſtellato & per oras crenato flore Dalechampii *Barr. Icon. 109. n. 11.* Gentianella anguſtifolia *Lugd. 829.* Icones Barr. ex Authoribus citatis deſumptæ. Nec minus variat hæc quàm proximè recenſita. In Alpibus ſæpiùs occurrit & circa Genevam.

26. Gentiana autumnalis, Serpillifolia, Bavarica, major. Gentianella autumnalis, Serpillifolia, Bavarica, major *Barr. Icon. 101. n. 1.* Gentianella elegantiſſima, Bavarica *Camer. Hort. Tab. xv.* Icon. Barr. ex Camer. l. c.

27. Gentiana autumnalis, Serpillifolia, Bavarica, minor. Gentianella autumnalis, Serpillifolia, flore crenato, Bavarica, minor *Barr. Icon. 101. n. 11.* Gentianella minor *Camer. Hort. Tab. xv.* Icon. Barr. ex Camer. l. c.

28. Convolvulus longifolius, azureus, niveo umbilico, ſupinus *Barr. Icon. 322.* Convolvulus peregrinus, cæruleus, folio oblongo *C. B. P. 245. Prodr. 134.* & *Raii Hiſt. 727.* *Liſeron de Portugal à fleur bleue.*

29. Convolvulus longifolius, azureus, niveo umbilico, erectus *Barr. Icon. 321. Bocc. Muſ. part. 2. 148. Tab. 105.* Africanus *ejuſdem Muſ. part. 2. 76. Tab. 63.* Varietas prioris. In Andaluſiâ circa Cordubam reperit Barr.

30. Convolvulus minor, Spicæfolius, Hiſpanicus *Barr. Icon. 311.* Convolvulus minimus, Spicæfolius, vel Stæchadis citrinæ aut Linariæ *Lob. Adv. 274.* Convolvulus Spicæfolius, anguſtifolius, radice repente *Bot. Monſp.* Humilis eſt Planta, nec repens, nec aſſurgens, ſed in latus nonnihil inclinata, & ſubinde erecta, vix medium palmum alta, ex radicis cervice plura confertim emittens folia incana, tenui lanugine pubentia, ſpatulæ ſeu Limonii, Oleæ ſed potiùs Seſamoidis majoris Hiſpanicæ Cluſii formâ, molliora tamen, palmi quadrantem longa, quæ longiſſima, nonnihil contorta & convoluta; è quorum medio ſurgit brevis cauliculus, folioſus & ramoſus, è cujus faſtigiis & lateribus ſeſe explicant flores Convolvuli majoris, ſed minores, albi, ſtellâ carnei coloris foris radiati. Tota planta vix figurâ major. In Hiſpaniæ Montibus Manciæ *Aioræ* oppido vicinis ad Orientem collegit Barr.

31. Convolvulus Marinus, repens, anguſto & oblongo folio, flore purpuraſcente *Barr. Icon. 1132.* Folia huic incana pariter, ſed latiora & acutiora. Radix alba, longa, lacteo ſucco turgens, ſub arenis repens Soldanellæ modo, varioſque per nodoſa intervalla edens ſurculos carnoſos, vix palmo altiores & repandos, & qui pauca in folia floreſque abeunt. Flores mediocris ſunt magnitudinis & ex albo-purpuraſcunt. Ad littus Maris Mediterranei juxta Centumcellas, vulgò *Civitavechia* Cornatum versùs in arenis ſerpit.

32. Convolvulus ſaxatilis, erectus, villoſus, perennis, flore ex albo purpuraſcente, Hiſpanicus *Barr. Icon. 470. Bocc. Muſ. part. 2. 79. Tab. 70.* Convolvulus argenteus, umbellatus, ſupinus *Inſt. R. Herb. 84.* Campanula Lychnidea *I. B. 2. 803. Raii Hiſt. 737.* Tota villis hiſpida eſt & ſericeo nitore albeſcit hæc planta, è Saxorum, rupium rimis erumpens, longâ & perenni gaudens radice, ex quâ ſex aut ſeptem, tenues, erecti modò, modò ſupini, villoſi & argentei aſſurgunt cauliculi foliis Oleæ ſeu Spicæ veſtiti, brevi & ſericeâ lanugine incanis & molliuſculis; cauliculi majores, vix palmum ſuperant, deſinuntque in faſciculum florum Convolvuli minoris & vulgaris, intùs alborum, foris

è

Digitized by Google

è purpureo radiatorum. Pericarpium & ſemen ut aliis Convolvulis. In montibus campeſtribuſque oppidi *Aioræ*, & in deſerto *Manciæ* Provinciæ Caſtiliæ novæ ad radices Montis Septentrionem verſus, in confiniis Regni Valentini reperiebat Barr. necnon in Catalauniæ locis aridis, deſerto Montis Serrati.

33. Convolvulus maritimus, major, Italicus, ſinuato & auriculato potius folio *Mor. Hiſt. Oxon. part. 2. 37.* Soldanella marina, longo & ſinuato folio ſeu Convolvulus marinus, lacteſcens, ſoldanellæ congener Imperati *Barr. Icon. 856.* Convolvulo marino *Imp. 671.* Icon. Barr. ex Imp. l. c. Alligatur Gramini ſpicato, ſparteo, ſpicâ ſericeâ ex utriculo prodeunte Inſt. R. Herb. 518. Juxta mare in viâ Neapoli Puteolos ducente reperitur.

34. Convolvulus Betonicæ Althææque foliis, repens, argenteus, flore purpureo *Barr. Icon. 312.* Convolvulus argenteus, Althææ folio, *C. B. Pin. 296. Raii Hiſt 725.* Convolvulus Althææ folio *Cluſ. Hiſt xlix.* Paſſim in Italiâ, locis incultis, Romæ in aſcenſu ad Montem Pincium prope Ecclesiam R. P. Minimorum. In Hiſpaniâ Bœticæque Regno juxta Oppidum *Alhama*, obſervavit Barr. In Galliâ Narbonenſi, Monte Cetio, ſed frequentiùs in Gallo-Provinciâ circa Tolonam & Olbiam nobis occurrit.

35. Convolvulus quinquefolius, ſeu foliis laciniatis, flore purpuro-cæruleo Bauhini Prodromi. *Barr. Icon. 319. C. B. Pin. 295. Prodr. 134. Raii Hiſt. 729.* Convolvulus multifidus, glaber *Inſt. R. Herb. 84.* Icon. Barr. ex Bauh. l. c.

36. Convolvulus henneaphyllos, flore purpureo *Barr. Icon. 320.* Superioris varietas. Plantam pictam communicabat Barreliero Eques Corvinus.

37. Tithymalus dendroides, major & verior, Italicus *Barr. Icon. 910.* Tithymalus dendroides *J. B. 3. 675. Raii Hiſt. 864. Le Titimale, arbre.* In Regno Neapolitano juxta Terracinam urbem naſcitur, ut monet Math.

38. Tithymalus Amygdaloides, major, tortuoſo caule *Barr. Icon. 839.* Tortuoſo caule donatur, multiplici, virente & nonnihil villoſo. Folia ſunt oblonga, Amygdalina, obtusè acuta, glabra, infernè glauca, supernè obſcuriùs virentia, & tranſverſim picta brevibus & è viridi albicantibus ſtriis, lævia, duas uncias & ſemiſſem longa quæ majora & inferiora annotinaque, dodrantem unciæ lata quæ ventricoſiora, eò minora quò editiora. Flores per caulem diſſeminati, ſingularibus oblongiſque pediculis innixi, ſunt quadrilunares; ex eorum medio tria ſurgunt ſtamina virentia bifurcata, minutiſſimis & luteis onuſta apicibus; fructus ſubrotundi.

39. Tithymalus Amygdaloides, minor, ſubglaber *Barr. Icon 830.* Tithymalus ſylvaticus, toto anno folia retinens *J. B. 3. 671. Raii Hiſt. 863.* A ſuperiori diſtinguitur foliis anguſtioribus. In Monte *Guadagnolo* inter ſylvas cæduas cum ſequenti invenit Barr. Frequens in ſylvoſis Galliæ. Subdulci eſt ſapore, dum manditur, ſed dein nonnihil linguam vellicante.

40. Tithymalus Amygdaloides, minimus, glaber *Barr. Icon. 829.* Hujus folia multò minora, breviora & vix unciâ unâ longiora, trientem unciæ lata, extremâ parte latiuſcula & obtuſa, acutiora juxta exortum, & ſtricta, glabra, craſſiuſcula, carnoſa, & minora quò altius erumpunt. Flores in ſummo caulium veluti in umbellam collecti, quadrilunati, lutei. Tota planta nullius eſt ferè ſaporis.

41. Tithymalus paluſtris, villoſus, mollior, erectus *Barr. Icon. 885.* Radice nititur multifidâ, craſſâ, fuſcâ & perenni, è quâ multi, rotundi, ruſeſcentes, hirſuti, ſeſquipedales ad ſummum ſurgunt caules foliis veſtiti denſioribus, ſurrectis, acutis, ſerratis, molliter hirſutis, ſubincanis & villoſis. Flores & fructus quales cæteris. Forte Tithymalus incanus, hirſutus C. B. Prodr. 133. In locis paludoſis cænoſiſque provenit, maximè circum Oſtia Tyberina & in maritimis Galliæ.

Digitized by Google

42. Tithymalus nemoroſus, acutiori folio, dulcis *Barr. Icon. 834.* E radice longâ, craſsâ & gilvâ erumpunt plurimi caules rubri & glabri, quorum alii floridi, alii folioſi, qui folioſi, foliis veſtiuntur Amygdaloidis ſed longè minoribus, glabris, alternis, venoſis & cæſii coloris: qui in flores deſinunt, brevioribus, latioribus, rotundioribuſque donantur foliis, iiſque amplexicaulibus, umbellamque florum luteolorum, quadrilunatorum emittunt. Ex floris medio pericarpium exſurgit tricoccum, læve, inclinatum, ſtilo trifido armatum. Semina in pericarpio contenta ovata ſunt, utrinque obtuſa inſtar Viciæ ſeminis. Tota planta lacteſcit, dulceſcitque & ſubaſtringentis eſt ſaporis nec ingrati. Prope Pivernum Oppidum, vulgò *Piperno* in latio, viâ Appiâ quæ ducit Terracinam, in ſylvæ declivi quâ itur ad Monaſterium *Foſſæ novæ*, Divi Thomæ Acquinatis obitu per celebre, ſabuloſo ſolo naſcitur.

43. Tithymalus nemoroſus, alter, foliis latioribus & firmioribus *Barr. Icon. 840.* Plures ex radice tenui ſurculos emittit rectos, pedales, ab imo ad ſummum folioſos; Folia illi duas uncias longa, dodrantem unciæ lata, in exortu lata & amplexicaulia, in medio ventricoſa, ſubacuta, ſurrecta firmaque. Latam in umbellam deſinit caulis. Flores & fructus ut in præcedenti. Tota planta præcedenti lævior.

44. Tithymalus nemoroſus, villoſus, mollior *Barr. Icon. 198.* Tres aut quatuor pluresque etiam à tenui contortâ lignosâque radice cauliculos profert pedales & ſeſquipedales, villoſos, è purpureo virentes, quos veſtiunt duas quandoque uncias & amplius longa, ſemunciam lata folia villoſa, mollia, infernè ſubineana, ſupernè lætè imò obſcurè virentia & amplexicaulia & deorſum nutantia. Summum caulis deſinit in umbellam tribus aut quinque radiis qui rurſus in alios dividuntur, conſtantem, ſtellâque foliorum æquantium magnitudinem & formam eorum quæ ſunt in caule, ſuffultam. Flores luteoli, in quatuor partes retuſas diviſi. Opacis in locis & ſylvoſis creſcit in Italiâ.

45. Tithymalus dulcis, tuberosâ radice *Barr. Icon. 909. & Bocc. Muſ. part. 2. 50. Tab. 44.* Tithymalus montanus, non acris *C. B. Pin. 292. Raii Hiſt. 870.* Tithymalus tuberoſus, Germanicus *C. B. Pin. 292. Le Timale doux.* Hujus radix cum eſt annoſa aut in ſolo pinguiori creſcit, latum in ceſpitem denſis propaginibus arundinaceis, craſſis, nodoſis, grumoſiſque ſerpit; in novitiâ plantâ radix tenuior, tuberculis tamen nodoſa. In Montibus Apenninis Italiæ & Alpium obſervavit Barr. Circa Genevam & ſparſim per ſylvas Galliæ occurrit.

46. Tithymalus bulboſus, Apios Fuchſii *Barr. Icon. 832.* Multos ex radice grumosâ, nigricante, ſcabrâ, rugosâ, non exactè rotundâ, pueri caput ferè adæquante, cauliculos edit penè lignoſos, tribus quandoque pedibus longos, nonnihil curvos & inflexos, graciles & debiles, quibus folia hærent vix trientem unciæ lata, tres circiter uncias longa, ſupernè obſcuro virore nitentia, lævia, glabra, acuta, venâ niveâ ſecundum nervi medii longitudinem decurrente, infernè dilutiora & ſubincana. Summum caulis deſinit in umbellam radiis quinque conflatam. Flores virent & in quatuor partes retuſas, ac ſubrotundas dividuntur. Aprili florebat Romæ in horto ſancti Xyſti. Apios dicitur Græcè, quòd radix ſit pyriformis & turbinata, Fuchſ. Hiſt. 131. Ab Equite Corvino accipiebat Barr. Radicibus ſuis & foliis diſcrepat hæc ſpecies ab eâ quæ vulgò dicitur Apios Math. Cluſ. Bauhin. & Bellon.

47. Tithymalus Myrſinites, verior, pingui, craſſo folio, è cæſio virens *Barr. Icon. 1200.* Tithymalus Myrſinites, latifolius *C. B. Pin. 290. Raii Hiſt. 865.* Figuram mutat dum flores fructuſque profert; unde non mirum Icones authorum eſſe inter ſe diſſimiles. In Aſprenſibus & Sabinæ locis lapidoſis & ſiccis creſcit.

48. Tithymalus marinus, rotundifolius, Italicus *Barr. Icon. 824.*

49. Tithymalus marinus, latifolius, Italicus *Barr. Icon. 823.*

50. Tithymalus marinus, folio retuſo, Terracinenſis *Barr. Icon. 833.* Species hæc inter arenas quibus oppletus eſt & cumulatus Portus Terracinenſis oritur.

Foliis

Digitized by Google

Foliis donatur longis & anguſtis atque in extremo rotundis & retuſis, vix quartâ unciæ parte latioribus, & unciâ longioribus, inferioribus ideſt quæ caulis partem infimam occupant, multò minoribus, magis retuſis & vix ſemunciâ longioribus. Caules plures edit palmares, ſucculentos, rubentes. Radix craſſa, longa altèque in arenam demiſſa. Flores non vidit, nec fructus.

51. Tithymalus marinus, Myrtifolius, Italicus *Barr. Icon. 1203.*

52. Tithymalus marinus, ſerratus, Italicus *Barr. Icon. 1202.*

53. Tithymalus marinus, acuto linifolio *Barr. Icon. 831.* Tithymalus Amygdaloides, anguſtifolius *Tabern. Icon. 591.* Hujus radix febrifuga cenſetur, Vomitum alvumque potentiſſimè ciet. Ex cortice radicum ſiccato paratur adverſus febres remedium quod Regiæ liberalitati debemus. Datur autem ad dragm. ſemiſſem, & unâ vel alterâ hujus medicamenti doſi febres contumaces curantur. Frequens per Galliam & Italiam occurrit.

54. Tithymalus Myrti folio undulato. Eſula minor, Myrti folia, longius radicata *Barr. Icon. 211.*

55. Tithymalus Epithymi fructu *Col. part. 2. 51. Raii Hiſt. 871.* Eſula fruticans ſeu Pithyuſa Romanorum *Barr. Icon. 197.* Corticem radicum pro Eſulâ legitimâ accipiunt Pharmacopolæ Romani, inquit Barr. In colle Tiburtino meridiei obverſo & urbi, ex alterâ fluvii parte inter ſaxa erumpit; fit exſiccatione ramorum ſpinoſa. Nos verò in Valle Barſilionenſi & præſertim circa oppidum SanStephanienſe in Diœceſi Nicienſi invenimus.

56. Tithymalus paralius, rubentibus & compreſſioribus foliis *Barr. Icon. 886.* Tithymalus maritimus *C. B. Pin. 291. Raii Hiſt. 865.* Ad littus Maris & Inſulæ Tiburtinæ colligebat Barr.

57. Tithymalus helioſcopius *C. B. Pin. 291. Raii Hiſt. 869.* Eſula rotundifolia, ſerrata, carnoſior *Barr. Icon. 212.* Romæ initio Aprilis in viâ quâ itur ad Sanctum Laurentium extra muros juxta ſepes carnoſiorem reperiebat Barr.

58. Tithymalus annuus, ſupinus, folio rotundiore acuminato *Inſt. R. herb. 87.* Pithyuſa minor, ſubrotundis & acutis foliis *Barr. Icon. 751.* Peplis minor *J. B. 3. 670. Raii Hiſt. 869.*

59 Tithymalus annuus, Lini folio acuto *Bot. Monſp. Raii Hiſt. 868.* Pithyuſa anguſtis acutiſque Eſulæ foliis, annua *Barr. Icon. 752.*

60. Tithymalus Linifolio, major, Italicus *Barr. Icon. 821.* Tithymalus foliis Pini, forte Dioſcoridis Pithyuſa *C. B. Pin. 292. Raii Hiſt. 867.* Radice eſt tenui, albicante, tortuoſâ & ſiccâ, in biennium & uſque ad exantheſim ſeu potius baccarum maturitatem durante: flore marceſcente tota ſenſim marceſcit planta. Primo anno quo non floret, reſtibilis. Caule eſt recto, unico, ramoſo, purpuraſcente, pedali & ſeſquipedali, foliis veſtito anguſtis, liniformibus, latioribus quâ umbellæ viciniora ſunt, utrinque glabris & lævibus. Caulis & ramuli in umbellas florum deſinunt. Flores pallide lutei, quadrilunares, è quorum medio ſurgit bacca tricoccos, nutans, virens, & tribus in ſummo apicibus capillata. Vires ejus vide in Hiſt. Raii l. c.

61. Tithymalus montanus, Eſulæ folio, minor, Italicus *Barr. Icon. 822.*

62. Tithymalus ſive Eſula exigua *C. B. Pin. 291. Raii Hiſt. 868.* Eſula minor, πολυκλωνός, aculeata *Barr. Icon. 85.*

63. Tithymalus minimus, anguſtis acutiſque foliis, fruticans. Pithyuſa fruticans, anguſtis acutiſque foliis, minima *Barr. Icon. 86.* Semipalmaris utplurimum eſt plantula, fruticans, erecta, unicaulis, ab imo ad ſummum densè ramoſa, foliis veſtita anguſtis, acutis, denſâ ſatis ſerie circum caulem adnatis, alternis, & vix unciâ longioribus. Flores non tantum in ſummo cauliculorum, ſed in pleriſque ramulorum extremis obſervantur iiſque ſuccedunt baccæ rotundæ, trifidæ ſeu tricoccæ, virentes, nec Cannabino grano majores. Radix eſt parva, lignoſa, contorta, albicans, annua & paucis fibris capillata. Siccus ad Barrelierum miſſus eſt ex agro Urbevetano.

64. Oxys

Digitized by Google

64. Oxys Americana, flore rubro, fibroſâ radice *Inſt. R. herb. 89.* Trifolium aceroſum, Americanum, rubro flore *Barr. Icon. 1139. & Bocc. Muſ. part. 2. 63. Tab. 51.* Unico aſſurgit caule recto, rotundo, æquali, lævi, alternis ramis ab imâ parte ad verticem brachiato, alterniſque foliis veſtito. Folia terna uni adhærent pediculo unciam unam aliquandò longo, inæqualia, ad terram nonnihil demiſſa, glabra, lævia supernè, infernè lævi ſubtiliſſimoque tomento nonnihil albentia, ſubrotunda, inæqualibus venis exarata, mediâ unciâ vix latiora, vixque unciam longa quæ longiora & majora ſunt. E ſinu ſingulorum pediculorum oriuntur rami ſeu pediculi duas uncias longi, nudi, versùs extremum in duas partes diviſi, è quibus plures florum gemmæ duplici ſerie & alternæ propendent. Flores è rubro carnei in quinque partes ſinuoſas, cordatas & retuſas diviſi, in umbilico crocei, & ſtaminibus quinque luteis ſtipati. Floribus ſuccedunt ſiliquæ anguloſæ, ſtriatæ, tenerrimæ & ita claſticæ, ut tactu ſimplici diſrumpantur, ſeminaque effundant rubeſcentia, Milio minora, tribus in loculis incluſa. Calyx eſt quinquefidus. Totius plantæ ſapor aceroſus eſt. Romæ in horto Sancti Xyſti colebat Barr.

65. Apocynum minus, rectum, Canadenſe *Barr. Icon. 72. & Corn. 95.* Apocynum erectum, Canadenſe, anguſtifolium *Par. Bat. L'Apocin de Canada.* Icon. Barr. ex Corn. l. c.

66. Malva rotundifolia, Italica, flore amplo purpuraſcente *Inſt. R. herb. 96.* Althæa virens, rotundifolia, flore amplo, purpuraſcente, Italica *Barr. Icon. 479. La Mauve d'Italie à grande fleur purpurine.* Foliis donatur Althææ formâ, ſed virentibus, mollibus, lævibus & leni velut lanugine & bombicinâ tectis, ſupernè tamen dilutius virentibus, & pediculo duas uncias ut plurimùm longo cauli hærentibus. Inferiora autem folia majora, rotundiora, magis ſinuoſa & quatuor uncias longa lataque, ſuperiora minora, quinque cuſpidibus, tribus quandoque acuminata, ſenſim anguſtiora brevioraque, quò altius ſurgunt. Caulis rotundus, albus, rectus, bicubitalis, ramoſus. In ſummo caulium & ramorum flores enaſcuntur Malvæ, ſed paulò ampliores, purpuraſcentes, venis paulò obſcurioribus radiati, in quinque vel ſex lacinias ad baſim uſque diſſecti, ſtaminibus plurimis ſtipati apices albo-pallidos geſtantibus. Semina Malvacea ſunt calyce incluſa pentaphyllo quem trifidus ſuſtinet caliculus. Radix ab uno capite multiplex, multiſque fibris circum capillata, longa, mollis, pallida & lenta. Florebat Julio.

67. Malva Roſea, ſulfurea, folio anguloſo & folio Ficus, Tartarica *Barr. Icon. 586.* Malva Roſea, folio Ficus, flore luteo *H. R. Pariſ.*

68. Malva trimeſtris *Cluſ. Hiſt. xxiij. Raii Hiſt. 598.* Alcea minor, variis foliis *Barr. Icon. 1201.* Florum laciniæ magis ab invicem diductæ ſunt, quam ut ex vivâ plantâ delineata eſſe videatur.

69. Althæa fruticans, incana, minore folio, Hiſpanica *Barr. Icon. 428.* Althæa fruteſcens, folio rotundiore, incano *C. B. Pin. 316.* Althæa frutex 1ª. *Cluſ. Hiſt. xxiiij. Raii Hiſt. 603. La Guimauve arbre.*

70. Althæa rugoſior, rubro flore, Hiſpanica *Barr. Icon. 427.*

71. Alcea hirſuta, minima, flore cœſio, Hiſpanica *Barr. Icon. 1169,* Alcea Villoſa *J. B. 2. 1067. Raii Hiſt. 605.*

72. Mal-

Digitized by Google

72. Malacoides Betonicæ folio, *Inſt. R. herb. 98.* Alcea Betonicæ folio, flore purpuro-violaceo *Barr. Icon. 1189.* Althæa Sida dicta quibuſdam *J. B. 2. 957.* Malva Betonicæ folio. *Bocc. Rar. Plant. 15. Raii Hiſt. 599.*

73. Ketmia Syrorum quibuſdam *C. B. Pin. 316.* Althæa frutex, flore albo, rubro, carneo, purpuro-violaceo *Barr. Icon. 491.* Alcea arboreſcens, glabra, Ketmia dicta *I. B. 2. 957.* Alcea Syriaca, arboreſcens, Ketmia Syrorum Imperati *Barr. Icon. 1176. Imp. 670.* Icones Barr. deſumptæ ſunt ex Authoribus citatis.

74. Ketmia Sinenſis, fructu ſubrotundo, flore pleno *Inſt. R. Herb. 100.* Malva Canadenſis, luteo purpureo, pleno flore, arboreſcens *Barr. Icon 585.* Roſa Sinenſis, folioſa *Ferr. Fl. 492. Raii Hiſt. 1069. La Roſe de Cayenne à fleur double.* In hortis colitur, ex Inſulis Americanis allata, non autem è Canadenſi tractu, ut arbitrabatur Barr.

75. Ketmia veſicaria, vulgaris *Inſt. R. Herb. 101.* Alcea Veneta ſeu veſicaria, trifolia, hirſuta, flore ſulfureo, unguibus purpureis, *Barr. Icon. 471.* Alcea foliſequa multis, Veneta *I. B. 2. 1068. Raii Hiſt. 1067.*

76. Ketmia Africana, veſicaria *Inſt. R. Herb. 101* Alcea Africana ſeu veſicaria, trifolia, glabra, flore ſulfureo cum unguibus purpureis *Barr. Icon 472.* Ketmia Africana, veſicaria, folio tripartito, flore purpureo *Inſt. R. Herb 100.* Alcea veſicaria Capitis bonæ ſpei *Mor. Hiſt. Oxon. part. 2 593. H. R. Bleſ. & Raii Hiſt. 1067.* Ex horto Ser. Princip. Gaſtonis Aurelianenſium Ducis ſemen habuit Barrelierus nomine Alceæ Promontorii bonæ ſpei.

77. Campanula montana, minor, anguſtifolia *Barr. Icon. 487. Campanule de Montagne à feuilles étroites.* Exigua hæc planta radice eſt tenui, longâ, ſulfureâ, è quâ ſe erigunt ſurſum folia nullo pediculo nixa, anguſta, acuta & duas circiter uncias longa, lanceolata. Caules tenues, glabri, foliis veſtiti in ſummo minoribus & anguſtioribus unicum florem ſuſtinent, Campanulatum, ad latus nutantem, tenui pediculo innixum, ſemunciâ breviorem & calyce comprehenſum quinquefido, cujus radii anguſti & ita longi, ut ad oras floris pertingant. Tota planta exilis eſt & glabra, vix palmi dodrantem alta. In Montibus Apenninis Aprutii & Amatricenſium creſcit.

78. Campanula Alpina, Teucrii folio angulato *Inſt. R. Herb. 110.* Rapunculum Teucrii folio *Barr. Icon 567.* Rapunculus Alpinus, Teucrii folio rhomboidali *Bocc. Muſ. part. 2. 75. Tab. 81. Raii Hiſt. 3. 383.* Campanula Drabæ minoris folio *C. B. Pin. 94. Prodr. 36.* Rapunculi genus folio ſerrato rotundiore *I. B. 2. 798. Raii Hiſt. 741.* Radix huic alba, longa, craſſiuſcula, fibris à latere capillata; ex quâ caules exeunt tres aut quatuor alternis foliis Teucrii pratenſis facie, ſerratis, utrinque acutis muniti. In ſummis cauliculis ſparguntur tres aut quatuor flores Campanulæ Perſicæfoliæ formâ, nutantes, cærulei, ſed minores multò, quinis acutis crenis per oras inciſi, è viridi ſtellato calyce emergentes & tenui longoque pediculo innitentes. Lac defluit, dum læditur planta. Hæc à Bauhinianâ foliis tantùm nutantibus diſcrepat. In Valle Barſilionenſi, & in editioribus pratis ſupra Vapincum naſcitur.

79. Campanula Cretica ſaxatilis, Bellidis folio, magno flore *Inſt. R. Herb. 111.* Trachelium ſaxatile, Bellidis folio, cæruleum, Creticum *Barr. Icon 813. Bocc. Muſ. part. 2. 76. Tab. 64.* Exotica hæc planta vix figurâ altior, læto virore nitens, glabra; foliis inferioribus Bellidis planè formâ, in ambitu leviter ſerratis; è quorum medio ſurgunt caules breves, ſemipalmares, tortuoſi, glabri, ſubpurpuraſcentes, è rotundo compreſſi, folioſi & floribus onuſti non

Digitized by Google

minoribus Campanulæ Urticæ foliis, quaternis, aut quinis ab unâ parte, thyrſi modo ordinatis, inclinatis, nutantibus, cæruleis, aut ſaltem cæſii coloris, & è calyce quinquefido emergentibus. Calyx eorum abit in fructum hemiſphericum, quinis nervis ſeu coſtis gilvis ſecundùm longitudinem ſtriatum. Semen tenue. Tota planta ſaporis eſt ſubdulcis. Saxatilis eſt, è Cretæ ſcopulis educta.

80. Campanula ſaxatilis, rotundifolia, hiſpida, flore cæſio, amplo, Italica *Barr Icon. 453.* Campanula parva, rotundifolia, flore cæruleo, pentagono, grandi *Raii Hiſt. 741.* Inter ſaxorum rimas erumpit radice albâ; foliis rotundis in extremo acutis, crenatis, parvis, oblongo pediculo articulatis, villoſis, hiſpidis, caneſcentibus; è quorum medio emergunt caules alternis foliis veſtiti, è rotundo in longum protenſis & anguſtis quò altiùs in caules ſurgunt. E foliorum ſinu prorumpunt flores ſemunciali pediculo fulti, ſingulares, ampli, in quinque partes latas & acutas diviſi, hiantes & latè ſe explicantes, calyce comprehenſi quinquefido, virenti, hiſpido, anguſtis acutiſque radiis diſtincto. In medio floris inſidet tumidus ſtylus multis circumſeptus ſtaminibus. Marceſcente flore, calycis pars media tumidior fit & abit in fructum ſemine tenui & pulverulento turgidum. In Valle Ananiæ ad Auſtrum primo circiter lapide ab urbe in rupibus oritur, necnon in circuitu Carthuſiæ Divi Bartholomæi Triſulti ad pedes Apenninorum ad Auſtrum.

81. Campanula minor, Alpina, foliis Cochleariæ *Barr. Icon. 454.* Ex albâ, tenui fibroſâque radice plurima in orbem ſpargit humi folia ſerrata, ſubrotunda; quorum prima latiora, magis compreſſa, & rotundiora quàm ſuperiora quæ acutiora, in medio concava, Cochleariæ modo & triunciali donata pediculo. Caules floreſque non vidit; lacteo ſucco turgebant folia.

82. Campanula hirſuta, Ocimi folio caulem ambiente, flore pendulo *Bocc. Rar. Plant. 83.* Viola Mariana, minor, cærulea, folio ſubrotundo, calyce corniculato *Barr. Icon. 759.* Semen habuit Barr. à P. Boccone.

83. Campanula pentagonia, perfoliata *Mor. Hiſt. Oxon. part. 2. 457. Bocc. Muſ. part. 1. Tab. v. n. 8.* Rapunculum minimum, rotundifolium, verticillatum, flore purpuro-violaceo *Barr. Icon. 1133.* Speculum Veneris perfoliatum, ſeu Viola pentagonia, perfoliata *Raii Hiſt. 743.*

84. Campanula Alpina, ſphærocephalos *C. B. Pin. 94.* Trachelium majus, petræum, flore albo Ponæ *Barr. Icon. 890. Pon. Bald. Ital. 161. Cluſ. Hiſt. cccxxxiij. & Raii Hiſt. 734.* Icon. Barr. ex Cluſ. l. c.

85. Campanula Alpina, Tragopogi folio *C. B. Pin. 94.* Trachelium minus, Gramineum, cæruleo-violaceum *Barr. Icon. 332.* Trachelium Tragopogi folio, montanum Fabii Columnæ *I. B. 2. 802. Col. Phytob. 2. 25. & Raii Hiſt. 736.* Folia huic leviter hirſuta, crenata & veluti dentata. Tota planta vix palmo altior. E montibus Aprutii Sulmonæ vicinis habuit Barr.

86. Campanula umbellata, foliis oblongis hiſpidis *Inſt. R. Herb. 110.* Rapunculus lanceolatus, corniculatus *Barr. Icon. 523. n. 11.* Rapunculus ſylveſtris, umbellatus 1. *Thal. Icon. viij.* Trachelium Gramineum, minus, non crenatum, flore cæruleo *Barr. Icon. 524.* Prior Icon. Barr. ex Thal. l. c. Alteram ex plantâ vivâ ſculpſit; hanc junio florentem in Apenninis Aprutii apud Amatricenſes in Monte *Cardito* eruebat. Tota planta, inquit, vix palmo altior radice gilvâ, longâ, lacteſcente, perenni tereti ceſpitoſâque nititur, ex quâ folia plurima erumpunt Graminea, tres quatuor vel quinque uncias longa, tenui lanugine hiſpida, in caule breviora. Flores Trachelii, cærulei.

87. Campanula pratenſis, flore conglomerato *C. B. Pin. 94.* Rapunculus caliculatus *Barr. Icon. 523. n. iij.* Rapunculus ſylveſtris, umbellatus *2. Thal. Icon. viij.* Icon. Barr. ex Thal. l. c.

88. Rapunculus ſpicatus, albus *C. B. Pin. 92. Raii Hiſt. 743.* Rapunculum alopecurum, flore albo, Italicum *Barr. Icon. 892. la Raiponce.* In Monte Pilato agri Lugdunenſis aliiſque Galliæ montibus provenit.

89. Rapun-

Digitized by Google

89. Rapunculus corniculatus, cæruleus, montanus, major, Italicus *Barr. Icon. 526.* Rapunculus corniculatus, cæruleus, minor *Barr. Icon. 525.* Rapuntium corniculatum, montanum *Col. part. 1. 224. Raii Hiſt. 744.* Rapunculus folio oblongo, ſpicâ orbiculari *C. B. Pin. 92.* Icones Barr. ex Col. l. c. Ex Apenninis habuit Barr.

90. Rapunculus Alpinus, corniculatus *C. B Pin. 93. Prodr. 33.* Trachelium minus, petræum, Ponæ *Barr. Icon. 889. Pon. Bald. Ital. 174. Cluſ. Hiſt. cccxxxvi* Icon. Barr. ex Pon. l. c.

91. Rapunculus montanus, Gramineus, corniculatus, *Barr. Icon. 523. n. 1.* Rapuntium anguſtifolium *Col. part. 2. 26. Raii Hiſt. 745.* Rapunculus folio Gramineo *Inſt. R. Herb. 113* Icon. Barr. ex Col. l. c. In monte Divæ Virginis apud Hirpinos in Regno Neapolitano obſervavit Barr.

92. Rapunculus Creticus ſeu Pyramidalis altera *C. B. Pin. 93. Raii Hiſt. 737.* Petromarula, Rapunculum Creticum Imperati, Valerianæ foliis *Barr. Icon. 1154. & Imper. 668.* Icon. Barr. ex Imp. l. c.

93. Rubia Cretica, incana, Buxi folio, ſeu rotundifolia, incana *Barr. Icon. 519* Tota planta Rubiam ſativam refert, ſed tota albicat; folia ejus Buxo ſimilia, ſupernè ex albo virentia, infernè incana, firma, rigida, plana, glabra, quina aut ſena circum caulem adnaſcentia. Caules quadrati & geniculati. Flores fructuſque non vidit: ſicca enim planta è Promontorio vulgò *Cap de Spada* Inſulæ Candiæ ad Barrelierum miſſa.

94. Aparine minima, flore albo *Barr. Icon. 58.* Radice pollet unicâ ſubtortuoſâ, tres uncias longâ, mediocri, obſoletè rubente, raris fibris capillatâ, è cujus capite plures humi ſpargit cauliculos ſupinos, ramoſos, exiles, infirmos, quadrangulos, geniculatos, ſtriatos, aſperos, qualis eſt tota planta, ſex foliis verticillatim naſcentibus per intervalla veſtitos, brevibus, anguſtis & aſperis. Ramorum extrema floribus comantur albis, exiguis, quadrifidis, & quandoque quinquefidis, quibus ſuccedunt Lappoſa ſemina aſpera, hirſuta, griſea, & gemina. Annua eſt planta cujus fere magnitudinem habes in figurâ. Creſcit in arvis lociſque incultis, circum Villam Sancti Paſtoris ſupra Gallicani oppidum in Latio.

95. Aparine villoſa. Gallium villoſum *Barr. Icon. 81.* Gallium villoſum, erectum. *Bocc. Muſ. part. 2. 110. Tab. 86.* Folia fert Mollugin is, minora & breviora, Gallio vulgari albo latiora, mollia, villoſa, cineracei coloris, ſtellatim & densè circa cauliculos diſpoſita; cauliculi pariter lanuginoſi & caneſcentes deſinunt in denſam ſpicatamque paniculam florum pallidorum, & ita cum foliis intermixtorum ut panicula cinerea potiuſquam pallida videatur. Perennis eſt planta. Occurrit juxta fontem Lentiſci in Valle quâ Valentiâ ad Carthuſiam Portæ cœli iter eſt. Eandem aut ſaltem congenerem obſervabat Barr. in viâ quæ Barcinonæ ducit Girundam vulgò *Gironnes*, in Catalauniâ.

96. Aparine ſupina, pumila, flore cæruleo *Inſt. R. Herb. 114.* Aſperula flore carneo, acuto folio *Barr. Icon. 541. n. 1.* Rubia parva, flore cæruleo, ſe ſpargens *I. B. 3. 719. Raii Hiſt. 483.* Aſperula cærulea, ſupina, latifolia *Barr. Icon. 766.* Ludit hæc planta foliis modo latioribus, modo ſtrictioribus. Latiore folio gaudentem reperiebat apud Gabios juxta Gallicanum in vineis.

97. Gallium arvenſe, flore cæruleo *Inſt. R. Herb. 115.* Aſperula erecta, cærulea, incana, anguſtifolia *Barr. Icon. 765.* Rubia cærulea, erectior, elatiorve *I. B. 3. 719. Raii Hiſt. 483.*

98. Gallium album, minimum, *παιδόσπερμον* *Barr. Icon. 57.* Exilis & humilis planta vix palmo altior, ſupina, ramoſa, cujus radix tenuis, brevis, ſubrubens, fuſca & annua; caules glabri, geniculati, foliis octo circiter anguſtiſſimis,

Digitized by Google

capillaribus, ſemunciâ vix longioribus coronati, per intervalla ramoſi, quorum extrema effuſam in umbellam deſinunt florum breviſſimis & capillaribus pediculis inſidentium, exiguorum, alborum, quadrifidorum, quibus ſuccedunt ſemina gemina, ſcabra, nigricantia & exigua.

99. Gallium album Linifolium. Rubia lævis, Linifolia, floribus albis *Barr. Icon. 354.* Rubia lævis, Linifolia, floribus albis Montis Virginis *Bocc. Muſ. part. 2. 83. Tab. 75.* Rubia lævis, Linifolia Montis Virginis *Barr. Icon. 583.* Tota planta glabra eſt, lævis, erecta. Folia ſunt Lini ſed longiora & nonnihil anguſtiora, glabra, lætè virentia, ſeptem aut octo adnata circa caulem quadratum, pedalem & bipedalem, teretem, geniculatum. Cauliculi in ramos plurimos in ſummo dividuntur, plurimis onuſtos floribus candidis quibus ſuccedunt ſemina gemina. Radix ſerpens, geniculata, luteola, tenuior quàm Rubiæ vulgaris. In ſaltibus nemoribuſque Montis Virginis Regni Neapolitani, medio in monte naſcentem vidit, quod florebat in horto Conventûs Divi Franciſci de Obſervantiâ Tarviſii urbis ditionis Venetæ. Nos in monte Ventoſo prope Avenionem Auguſto menſe florentem invenimns: Ibique folia nonnihil anguſtiora ſunt quàm in Icone Barr.

100. Cruciata major, villoſa, flore Molluginis albo *Barr. Icon. 324.* Cruciata floribus paniculatim naſcentibus *Inſt. R. Herb. 115.* Rubia ſemine duplici, hiſpido, latis & hirſutis foliis *Bocc. Rar. Plant. 10.* In Monte Pilato agri Lugdunenſis, Julio menſe florentem collegimus.

101. Cruciata minor, glabra, flore Molluginis albo *Barr. Icon. 323* Rubia quadrifolia, ſemine duplici hiſpido *I. B. 3. 718.* Cruciata Luſitanica, latifolia, glabra, flore albo *Inſt. R. Herb. 115.* In ſylvâ Montelli obſervavit Barr.

102. Cruciata paluſtris, alba *Inſt. R. Herb. 115.* Gallium aquaticum, flore albo *Barr. Icon. 82.* Gallium paluſtre, album *C. B. Pin. 335. Raii Hiſt. 481.* Ludit foliis quinis aut ſenis, unde Galliorum familiæ poteſt adſcribi.

103. Cruciata marina, villoſa, minor, duriuſcula *Barr. Icon. 542.* Ex radice rubeſcente, tenui & tenuiſſimis fibris ſecundùm longitudinem capillatâ ſex aut octo exeunt ſurculi tenues, villoſi, quadrati, quatuor aut quinque ad ſummum uncias longi, crebris per ſingula internodia foliis quaterno numero decuſſatim veſtiti. Folia vix quartam unciæ partem longa, lineâ latiora, rigidiuſcula, è viridi albicantia, hiſpida, oris ſecundùm longitudinem nonnihil pronè convolutis & reflexis. Tota planta vix Icone major denſis villis albeſcebat prorſus, necdum floruerat. In littore Oſtienſi occurrebat Barr.

104. Cruciata Alpina, latifolia, lævis *Inſt. R. Herb. 115.* Rubia minor, quadrifolia, atrovirens *Barr. Icon. 547.* Rubia major, quadrifolia, atrovirens *Bocc. Muſ. part. 2. 83. Tab. 75.* Rubia quadrifolia, Italica, hirſuta *I. B. 3. 717.* Siccam plantam accepit Barr. Boccone Iconem ſuam à Barreliero mutuatus eſt, ramumque tantùm *Rubiæ ſylveſtris Monſpeſulanæ, majoris I. B.* addidit.

105. Cruciata muralis, minima, montana *Col. part. 1. 297.* Aſperula obtuſo folio *Barr. Icon. 541. n. 11.* Rubia quadrifolia, verticillato ſemine *I. B. 3. 719.* Valantia quadrifolia, verticillata *Act. Acad. Reg. Pariſ. ann. 1706. 86.* Circa Maſſiliam & Monſpelium creſcit.

106. Quamoclit foliis tenuiter inciſis & pennatis *Inſt. R. Herb. 116.* Convolvulus pinnato folio, muriceo Gelſemini flore *Barr. Icon. 60.* Convolvulus pennatus exoticus, Quamoclit *Col. part. 1. lxxiij.* Quamoclit ſive Jaſminum Americanum *Cluſ. Cur. Poſter. fol. 5. Raii hiſt. 730.* Icon. Barr. ex Cluſ. l. c.

107. Hyoſcyamus Creticus, ſulfureo flore, medio atropurpureo *Barr. Icon. 248.*

Digitized by Google

248. Hyoſcyamus major, albo ſimilis, umbilico floris atropurpureo *Cor. Inſt. R. Herb. ſ. la Juſquiame de Candie.* Circa Monſpelium creſcit. Vires vid. in Hiſt. Raii 711.

108. Hyoſcyamus Indicus, Solani folio, flore atropurpureo Corvini *Barr. Icon. 247.* Hyoſcyamus Ægyptius, Betæ folio, flore luteo, intus atropurpureo *Lippi.* Ex Indiâ delatum fuiſſe dicebat Corvinus, pictumque communicabat Barreliero. Ab aliquot annis in Horto Regio colimus, ſemine à D. Lippi Medico ex Ægypto ad nos miſſo. Sicque deſcripſerat Lippi. Caules ex radice longâ, albidâ, & fibroſâ promit bipedales, plurimos, parvi digiti craſſitie, denſos, ſucculentos, erectos, quibus adnaſcuntur folia alterna pediculo ſatis longo donata, Tabaci vel Betæ foliis ſatis ſimilia, ſucculenta pariter, leviter crenata, uncias duas longa, vix ſeſcunciâ latiora. Summis cauliculis flores enaſcuntur monopetali, anomali, extus vireſcentes, intus atropurpurei, lineis flaveſcentibus virgati & calyce incluſi, ut alii Hyoſcyami. Calycem ſuſtinent folia alterna pariter ſed minora, breviorique nixa pediculo. In Ægypto cùm iret ab oppido *Roſſete* ad Cairum, collegit Lippi.

109. Stramonium longioribus aculeis *Barr. Icon. 1172.* Stramonium ferox *Bocc. Rar. Plant. 50. Raii Hiſt. 748.* Vires Stramonii vide in Hiſt. Raii l. c.

110. Centaurium minus, Vulgare, flore albo, latifolium *Barr. Icon. 424.* Centaurium minus, flore albo *C. B. Pin. 278. I. B. 3. 353. Raii Hiſt. 1092. La Petite Centaurée à fleur blanche.* Vires vide in Hiſt. Raii 1093.

111. Centaurium minus, anguſto prælongoque folio, flore rubello *Barr. Icon. 435.* Centaurium minus, Linariæ folio longiori *Inſt. R. Herb. 122.*

112. Centaurium minus, leptophyllum, polyanthes, accenſo acutoque flore *Barr. Icon 436. Bocc. Muſ. part. 2. 50. Tab. 43.* Centaurium minus, Linariæ folio breviori *Inſt. R. Herb. 122.*

113. Centaurium minus, purpureum, anguſtifolium *Barr. Icon. 423.* Centaurium minus, Linariæ folio breviſſimo *Inſt. R. Herb. 122.* A vulgari differt foliis & floribus. Folia enim huic longa, anguſtiora & Liniformia, juxta radicem humifuſa, vix dodrantem unciæ longa, lineam lata, in extremo acuta, in caule bina, oppoſita decuſſatim, raraque per intervalla adnaſcentia, arrectaque. Cauliculi quinque vel ſex, recti, teretes, quadranguli & ſemipedales. Flores quàm in vulgari triplo majores ſunt & fere dodrantem unciæ diametro ſuo æquantes. Sapor idem ac in vulgari.

114. Centaurium minus, ramoſum *Barr. Icon. 1242.* Centaurium minus, ſpicatum, flore rubro *H. R. Par.* Pictum communicabat Barreliero Eques Corvinus.

115. Centaurium luteum, perfoliatum *C. B. Pin. 278. Raii Hiſt. 1093.* Centaurium minus, perfoliatum, luteum, umbellatum *Barr. Icon. 515. n. I.* Centaurium minus, perfoliatum, luteum craſſioribus capitellis *Barr. Icon. 516 n. II.* Centaurium minus, perfoliatum, luteum, non umbellatum, rarioribus & craſſioribus florum capitellis *Barr. Icon. 516. n. III.* Has tres varietates in Maritimis Portûs Oſtienſis obſervabat Barr.

116. Centaurium minus, luteum, latifolium, non perfoliatum *Barr. Icon. 458.* Brevi, lignoſâ pallenteque è radice cauliculum emittit biuncialem aut triuncialem, anguloſum, foliis veſtitum per intervalla binis, latis, oblongis, acutis, cæſiis, è cœruleo virentibus, ut in perfoliato ſed longè minoribus, nec perfoliatis, etſi latiuſculâ baſi caulibus hæreant. Flores aurei, ſtellati, quinquefidi, calyce comprehenſi viridi & quinquefido. Floribus ſuccedunt capſulæ anguloſæ, pulverulento ſemine refertæ. Juxta pontem Salarium in collibus aridis ad Orientem ſecundùm Tyberim & Albulam, quâ confluunt, poſitis Romæ florens eruebat Barr.

Digitized by Google

117. Centaurium minus, luteum, anguſtifolium, non perfoliatum *Barr. Icon. 467.*

118. Centaurium minus, luteum, Alſinoides, Polonicum *Barr. Icon. 1156. n. 1.* Eques Corvinus communicavit Barreliero.

119. Plantago trinervia, latifolia, minor, incana, Hiſpanica *Barr. Icon. 745. Plantain d'Eſpagne.* Radice eſt craſſiuſculâ, longâ; raris fibris capillatâ, è quâ erumpunt multa folia incana, lanuginoſa, argentea, trinervia, ſeſcunciam longa, unciâ vix latiora. Spicæ parvæ & Plantagineæ. Tota planta vix Icone major, tota incana tenuique pubens lanugine. Hiſpaniæ eſt indigena.

120. Plantago major, ſpicâ foliosâ, Italica *Barr. Icon. 746.* Plantago Roſea *Lob. Adv. 128. I. B. 3. 503.* Ex agro Urbevetano ad Barrelierum miſſa.

121. Plantago anguſtifolia, lanuginoſa. incana *Barr. Icon. 750.* Plantago villoſa ſeu incana, lanuginoſa *C. B. Pin. 189.* Plantaginis anguſtifoliæ, trinerviæ vulgari planè ſimilis eſt, villis, lanugine & magnitudine ſolùm diſcrepat. Prima enim hujus folia humifuſa, criſpa, contorta, latiora & breviora, albâque & longâ lanugine villoſa, incana, & ita obducta ut nervi non appareant; quæ tamen lanugo in aliis è medio ſurgentibus foliis ſenſim rarior fit, foliaque anguſtiora, longiora, paulò virentiora, & glabriora ſeu minus villoſa fiunt. Spica uncialis palmari nudoque adnata pediculo. Radix perennis, in varia capita divaricatur fibris albidis capillata. In pratis ad confluentes uſque Tyberim & Albulam, protenſis, juxta aquam Acetoſam frequens poſt feniſceia. Plantaginis vires vide in Hiſt. Raii 879.

122. Plantago anguſtifolia, ſerrata, Hiſpanica *Barr. Icon. 749.* Plantago anguſtifolia, ſerrata, Hiſpalenſis *C. B. Pin. 189.* E radicis craſsâ cervice in multas craſſiores & longas fibras diviſâ & capillatâ, folia edit multa, anguſta, trinervia, per oras acutè ſerrata, virentia, glabra, ex quorum medio ſpicæ nudæ Plantagineæ ſurgunt. Occurrit in Montibus *de la Sierra Morina*, non procul ab oppido *Almadevar* Caſtiliæ novæ, & circa Cordubam. *Barr.* Circa Hiſpalim obſervavit Cluſius Cur. Poſt. Fol. 34.

123. Plantago Cretica, minima, tomentoſa, caule adunco Cor. *Inſt. R. Herb. 5.* Leontopodium legitimum Imperati *Barr. Icon. 1225. Imper. 672.* Holoſteum ſeu Leontopodium Creticum *C. B. Pin. 190. Prodr. 98. & Raii Hiſt. 881.* Icon. Barr. ex Imper. l. c.

124. Rubeola maxima, incana, latifolia. Rubia minor, quadrifolia, incana *Barr. Icon. 548.* Pedalibus quandoque altiùs aſſurgit cauliculis quadratis, albidis, geniculatis, glabris, non nihil tamen ſcabris, qui foliis per ſingula genicula veſtiuntur per oras leviter ſcabris, incanis, quaternis & quinis, quorum quæ inferiora, majora, longiora & acutiora; & quæ ſummis cauliculis hærent, minora & rotundiora, quina & ſena; ſingula dura, coriacea & firma. Ex medio extremæ foliorum umbellæ flos ſurgit ſingulari pediculo nixus, oblongus, ad oras diviſus, & rubeus. Ex Apenninis Aequicolorum eruta in horto ſuo Romæ alebat Barr.

125. Rubeola latiore folio *Inſt. R. Herb. 130.* Rubia minor, ſpicata *Barr. Icon. 520.* Rubia ſpicata, latifolia, Imperati *Barr. Icon. 549. Imp. 666. I. B. 3. 727. & Raii Hiſt. 485.* Icon. Barr. bis repetita & deſumpta ex Imp. l. c.

126. Rubeola anguſtiore folio *Inſt. R. Herb. 130.* Rubia ſpicata, anguſtifolia *Barr. Icon. 550. C. B. Pin. 334. Prod. 145.* Circa Monſpelium frequens occurrit.

127. Rubeola maritima *Inſt. R. Herb. 130.* Rubia marina, ſtrigoſior, flore rubello *Barr. Icon. 355.* Rubia maritima *C. B. Pin. 334. Dod. Pempt. 357. & Raii Hiſt. 485.* In maritimis Valentiæ flore rubello reperiebat. Barr. Icon. tamen ex Dod. l. c.

128.

Digitized by Google

118. Trachelium azureum, umbelliferum *Pon. Bald. Ital. 44.* Valeriana cærulea, Urticæ folio *Barr. Icon. 683.* Cervicaria Valerianoides, cærulea *C. B. Pin. 95.* Romæ locis humidis umbroſis, & muris fontium gaudet in Monte Cælio. Oritur quoque in Regni Valentini deſerto vulgo *la Murtha* ſex circiter ab urbe Valentiâ leucis, locis humidis, juxta pontem Monaſterio Divi Hieronymi vicinum, ibique flore eſt quandoque candido.

119. Trachelium umbelliferum, violaceum, foliis laciniatis *Inſt. R. Herb. 130.* Valeriana cærulea, altiùs inciſa, Urticæ folio *Barr. Icon. 684.* Valeriana Urticæ folio, flore violaceo *Corn. 23.* Icon. Barr. ex Corn. Hiſt. l. c.

130. Valeriana montana, minor, integris foliis, Italica *Barr. Icon. 868* Valeriana Alpina, foliis integris, radice repente, inodorâ *Raii Hiſt. 389.* Radice eſt craſsâ, in alias minores diviſâ & perenni, è quâ multa & ſupina emittit folia unciali pediculo annexa, craſſiuſcula, rotunda, & Cochleariæ rotundifoliæ formâ, in medio concava, quæ ſummum attingunt paulò longiora, acutiora, per oras integra, trinervia. In hortum tranſlata caulem emiſit dodrantalem, vixque pedalem, è cujus geniculo tria folia aliis inferioribus longiora & anguſtiora adnaſcebantur. Caulis in ſummo trifidam latamque in umbellam deſinebat, quam duo folia anguſta, minoraque fulciebant. Flores erant purpuraſcentes & Valerianæ ſylveſtri majori prorſus ſimiles. Ex Apenninis Aprutiique Montibus in hortum ſecum Romæ tranſtulerat Barr.

131. Valeriana Alpina, Saxatilis, minor, flore albo *Barr. Icon. 742.* Valeriana Alpina, Scrophulariæ folio *C. B. Pin. 164. Prodr. 87. & Raii Hiſt. 390.* In ſummis Apenninorum jugis umbroſis creſcit Barr.

132. Valeriana bulboſa, ſuaveolens, Italica, Imperati *Barr. Icon. 867. Imp. 659.* Valeriana Cretica, Fili pendulæ radice *Inſt. R. Herb. 131. Valeriane bulbeuſe de Candie.* Icon. Barr. ex Imp. l. c.

133. Valeriana tuberoſa Imperati ſeu Telephii radice *Barr. Icon. 825. Imp. 656. I. B. 3. 204. & Raii Hiſt. 390.* Icon. Barr. ex Imp. l. c.

134. Valerianella Cornucopioides, flore galeato *Mor. Umb.* Valeriana minor, Cornucopioides, rubra, Hiſpanica *Barr. Icon. 741. n. 11.* Valeriana peregrina, purpurea *C. B. Pin. 164. Prodr. 87. & Raii Hiſt. 394.*

135. Valerianella Cornucopioides flore albo. Valeriana minor, Cornucopioides, alba, Indica *Barr. Icon. 741. n. 1.* Prioris varietas.

136. Bugloſſum Sylveſtre *Barr. Icon. 326. La Bugloſe ſauvage.*

137. Bugloſſum Sylveſtre, anguſtifolium *Barr. Icon. 325.*

138. Bugloſſum Sylveſtre, minus, flore azureo, radice perenni, Italicum *Barr. Icon. 333.* Ex Umbriæ montibus habuit. Hujus & ſuperiorum deſcriptiones non invenimus in ſcriptis Barr.

139. Bugloſſum anguſtifolium, ſemine echinato *Inſt. R. Herb. 134.* Echioides minus, globoſo echinato & ſingulari ſemine *Barr. Icon. 1246.* Cynogloſſum minus *C. B. Pin. 257. I. B. 3. 600.*

140. Bugloſſum minus, anguſtifolium, flore violaceo, albo umbilico, Italicum *Barr. Icon. 1207.* Bugloſſum Creticum, majus flore cæruleo purpurante *H. R. Par.* Circa Romam creſcit.

141. Bugloſſum ſcorpioides, hirſutum, flore cæruleo, Italicum *Barr. Icon. 403. & Bocc. Muſ. part. 2. 163. Tab. 130.*

142. Bugloſſum anguſtis dentatis foliis *Inſt. R. Herb. 134.* Anchuſa anguſtis

Digitized by Google

ſtis dentatis foliis, Hiſpanica *Barr. Icon. 578. & Bocc. Muſ. part. 2. 84. Tab. 77.*

143. Bugloſſum fruticoſum, Roriſmarini folio *Inſt. R. Herb. 134.* Anchuſa lignoſior Monſpelienſium, flore violaceo *Barr. Icon. 1168.* Anchuſa anguſtifolia *C. B. Pin. 255. Raii Hiſt. 496.*

144. Bugloſſum luteum, annuum, minimum *Inſt. R. Herb. 134.* Echium luteum, minimum, Hiſpanicum *Barr. Icon. 1254.* Anchuſa lutea, minor *J. B. 3. 583. & Raii Hiſt. 497.* Monſpelii circa Cellam novam & in ſterilibus, *la colombiere*, provenit. Bugloſſi vires vide in Hiſt. Raii 493.

145. Echium lato Plantaginis folio, Italicum. Lycopſis lato Plantaginis folio, Italica. *Barr. Icon. 1026. La Viperine à feuilles de Plantain,* Radice nititur craſsâ, brachiatâ, longâ, albâ & leviter interdum inæqualiterque rubente; ex quâ multa prodeunt folia ſex aut octo, unciali pediculo quandoque longiori adnata, Plantaginis inſtar venis diſtincta, molli lanugine leviter hiſpida; è quorum medio caulis aſſurgit durioribus pilis & punctis nigris hiſpidus & variegatus, quem folia alterna cingunt, anguſtiora, pediculo deſtituta, ad baſim latiora & veluti amplexicaulia, non tamen ex toto caulem cingentia, ſenſim minora anguſtioraque. Summus caulis in tres aut quatuor florum thyrſos dividitur ut in Echiis. Florum autem gemmæ antequam explicentur, lætâ purpurâ rubent, explicatæ purpuro-violaceo colore tinguntur, ſtriis ab oris ad fundum ductis è cæruleo cœſiis, albicantibus, ſaturè & dilutè violaceis eleganter variantur. Flos explicatus tubulus eſt unciam quandoque longus, & ſemuncialis diametri, ad oras quinque crenis inæqualibus conſtans: Ex ejus fundo quinque enaſcuntur ſtamina rubentia, ſurſum reflexa, incurva, ſuis apicibus infernè nigricantibus & supernè cœſiis onuſta; in medio ſtylus uncialis dilute rubeus & albeſcens. Maio menſe florebat in agro Romano. Pro diverſâ ſoli naturâ folia magnitudine variant, ut plurimum duas uncias lata, & tres longa præter pediculum qui in humi ſtratis & primis foliis uncialis & ſeſcuncialis eſt longitudinis: Superiora longè breviora mollique pubent lanugine.

146. Echium maritimum, Inſularum Stœchadum, flore maximo *Inſt. R. Herb. 136.* Lycopſis ſpatulæ folio, Hiſpanica *Barr. Icon. 1012.* Lycopſis ſpatulæ folio, Hiſpanica & Sicula *Bocc. Muſ. part. 2. 84. Tab. 78.* Hujus & ſequentium deſcriptiones non invenio.

147. Echium Roriſmarini folio *Inſt. R. Herb. 136.* Lycopſis anguſtifolia, minor, Hiſpanica *Barr. Icon. 1011. & Bocc. Muſ. part. 2. 84. Tab. 78.*

148. Echium foliis anguſtis & villoſis *Inſt. R. herb. 136.* Anchuſa anguſtis, villoſis foliis, Hiſpanica *Barr. Icon. 577. & Bocc. Muſ. part. 2. 84. Tab. 78.*

149. Pulmonaria flore parvo, carneo, intus reflexo. Bugloſſum Sylveſtre, minus, flore carneo, parvo, retuſo *Barr. Icon. 1253.* Craſsâ & Bugloſſi radice donatur è fulvo nigricante, intus albâ, ramoſâ & glutinoſi ſaporis. Ex eâ ſurculi multi ſursùm exeunt rotundi, hirſuti, ramoſi & pedales, è medio foliorum humifuſorum emergentes; quæ folia Bugloſſi referunt faciem & colorem, minora, nec digito longiora aut latiora, juxta exortum anguſta, in extremo obtusè ut plurimum acuta, plana, integra, nec dentata, nec ſinuoſa aut criſpantia, pilis tamen hiſpida; ubi in caulem aſſurgunt, ſenſim breviora, ad baſim latiora, & amplexicaulia, nonnihil obtuſiora & alterna: Adultiore caule & in ramos floreſque abeunte marceſcunt caduntque inferiora. Flores in thyrſos denſiores congeſti, è virenti, brevi & quinquefido calyce emergentes carnei, in quinque lobulos rotundos ſuperiùs dividuntur, quorum loborum ſumma in ſe intuſque colliguntur, reflectuntur & in globum contrahuntur. Tubulum floris

Digitized by Google

floris ſeu umbilicum occupant quinque ſtamina craſſiuſcula albáque, totidem apicibus rotundis albiſque onuſta. Deciduo flore ſupereſt ſtylus albus & ſupereminet. Nondum ſemen maturuerat, cùm occurrit. Sub Æquinoctium Vernum Romæ florebat viâ quæ à Baſilicâ ſanctæ Mariæ Majoris recta ducit ad Baſilicam ſanctæ Crucis in Hieruſalem, inter arbores in foſſarum aggeribus, nec ullibi uſquam obſervata.

150. Lithoſpermum paluſtre, minus, flore cæruleo *Inſt. R. Herb. 137.* Lycopſis montana, cærulea, ſeu Bugloſſum minimum, montanum *Barr. Icon. 404* Echium ſcorpioides, paluſtre *C. B. Pin 254. Raii Hiſt. 504.* Variat hæc planta in aridis vix Icone altior, in humidis & paludoſis cubitalis eſt.

151. Heliotropium medium, ſtrigoſius, Italicum *Barr. Icon. 219.* Heliotropium majus, Siculum, amplo flore odorato *Bocc. Rar. Plant. 90. L'herbe aux Verrues à grande fleur.*

152. Cynogloſſum montanum, minus, anguſtifolium, purpureum *Barr. Icon. 334.*

153. Omphalodes Luſitanica, Lini folio *Inſt. R. Herb. 140.* Linum album, Blattariæ flore, ſemine diſcoſo *Barr. Icon. 1234.* Linum umbilicatum *Park. Theat. 1687. & Raii Hiſt. 496.*

154. Anagallis Hiſpanica, latifolia, maximo flore *Inſt. R. Herb. 142.* Cruciata montana, minor, flore cæruleo *Barr. Icon. 584. Le Mouron d'Eſpagne à grandes fleurs.* Hanc vivis coloribus depictam communicavit Barreliero Eques Corvinus.

155. Veronica mas, ſurrecta, elatior, ſeu Lyſimachia ſpicata, cærulea *Barr. Icon. 891.* Veronica ſpicata, longifolia *Inſt. R. Herb. 143.* Lyſimachia ſpicata, cærulea *C. B. Pin. 246. Raii Hiſt. 845. La Veronique mâle, droite.*

156. Veronica mas, recta, latifolia, ſpicâ cæruleâ *Barr. Icon. 682.* Veronica ſpicata, latifolia *C. B. Pin. 246.*

157. Veronica mas, recta, anguſtifolia, ſpicâ cæruleâ *Barr. Icon. 681.* Veronica ſpicata, anguſtifolia *C. B. Pin. 246.* Veronicæ vires vide in Hiſt. J. Bauh. 3. 284. & in Hiſt. Raii 845.

158. Blattaria flore albo Corvini *Barr. Icon. 1249.* Blattaria flore albo *I. B. 3. app. 874. L'herbe aux Mittes à fleur blanche.* Pictam communicabat Barreliero Eques Corvinus.

159. Lycoperſicon fructu ſtriato, duro *Inſt. R. Herb. 150.* Malum Æthiopicum, fructu criſtato, ſtriato, duro, coccineo *Barr. Icon. 1108.* Mala Æthiopica *Dod. Pempt. 459. Ger. Emac. 347. & Raii Hiſt. 673.*

160. Alkekengi fructu parvo, verticillato *Inſt. R: Herb. 151.* Solanum majus, veſicarium, Coralloides *Barr. Icon. 149.* Solanum ſomniferum, verticillatum

Digitized by Google

C. B. Pin. 166. & Raii Hiſt. 682. Le Coqueret à petites bayes rangées comme par anneaux le long de la tige.

161. Alkekengi Indicum, majus *Inſt. R. herb. 151.* Solanum veſicarium, annuum, erectum *Barr. Icon. 151.* Solanum ſive Halicacabum Indicum *I. B. 3. 609. & Raii Hiſt. 681. Le Coqueret des Indes.*

162. Alkekengi Virginianum, fructu luteo *Inſt. R. Herb. 151.* Solanum veſicarium, annuum, procumbens *Barr. Icon. 152.* Alkekengi ſive Halicacabum Virginenſe *Park. Theat. 463. & Raii Hiſt. 681. Le Coqueret de Virginie.*

163. Alkekengi Indicum, minimum, fructu vireſcente & luteo *Inſt. R. Herb. 151.* Solanum veſicarium, minimum, baccâ luteâ *Barr. Icon. 1129. & Bocc. Muſ. part. 2. 63. Tab. 51.* Solanum veſicarium, Indicum, minimum *H. L. Bat.* Fructus hujus primùm viridis, dum matureſcit ſubluteus. Alkekengi vires vide in Hiſt. Raii 681.

164. Melongena fructu oblongo, luteo *Inſt. R. Herb. 151.* Melanzana ſeu Melongena fructu primùm albo, dein flavo *Barr. Icon. 1109.* Solanum pomiferum, fructu oblongo, luteo *C. B. Pin. 167. Raii Hiſt. 670. La Mayenne* ou *Melongene à fruit long.*

165. Melongena fructu rotundo *Inſt. R. Herb. 151.* Malum Æthiopicum, fructu luteo; An Mandragora Theophraſti *Barr. Icon. 30.* Solanum Pomiferum, fructu inſtar Mali rotundo *C. B. Pin. 617. La Mayenne à fruit rond.*

166. Pimpinella maxima, Canadenſis, longiùs ſpicata *Barr. Icon. 739.* Pimpinella maxima, Canadenſis *Corn. 174. La Pimprenelle de Canada.* Icon. ex Corn. l. c.

167. Pimpinella Agrimonoides, odorata *Barr. Icon. 692. & H. R. Par.* Pimpinella Agrimonoides *Mor. H. R. Bleſ. Bocc. Rar. Plant. 58. La Pimprenelle à feuille d'Aigremoine.*

168. Pimpinella ſpinoſa ſeu Poterium quorumdam *Barr. Icon. 631.* Poterium quibuſdam ſeu Pimpinella ſpinoſa *I. B. 1. part. 2. 409.* Pimpinella ſpinoſa, ſeu ſemper virens *Mor. Umb. 57. La Pimprenelle épineuſe.* Pimpinellæ vires vide in Hiſt. Raii 401.

169. Arum Ægyptiacum, vulgatum, rotundâ minorique radice *Barr. Icon. 667.* Arum multiflorum, Ægyptium *Col. part. 2. 1.*

170. Arum Ægyptium, rotundâ craſsâque radice *Barr. Icon. 668.* Colocaſſia Ægyptia, florida *Veſling. Obſerv. 38.*

171. Arum Ægyptium, longâ radice *Barr. Icon. 669.* Colocaſſia macroriza, ideſt longâ radice *P. Alp. Exot. 230.*

172. Arum Ægyptium, tranſversâ & repente radice *Barr. Icon. 670.* Culcas, Faba Ægyptia *P. Alp. Ægypt. 102.*

173. Arum minus, Nymphææ foliis, eſculentum *Sloan. Cat. Plant. Jam. 62. & Raii Hiſt. 3. 577.* Taiaoba Ari ſpecies, Braſſica Braſilienſium *Barr. Icon. 1084.* Taiaoba Braſilienſibus *Piſon. 95. Marcgr. 35. Choux Caraibe du Tertre.*

174. Arum minus, eſculentum, Sagittariæ foliis è viridi-nigricantibus *Sloan. Cat. Plant. Jam. 63. Raii Hiſt. 3. 577.* Taiaoba altera Ari ſpecies, Braſſica Braſilienſium *Barr. Icon. 1085* Taiaoba 2. *Piſon 95. Marcgr. 36.*

175. Arum cauleſcens, Cannæ Indicæ foliis *Plum. 45. fig. lxj.* Aninga Iba Braſilienſium, Ari facie *Barr. Icon. 282.* Aninga Iba *Marcgr. 106.* Aninga *Piſon. 103.* Ex autoribus citatis Icones ſuas deſumpſit Barr.

176. Arum paluſtre, Arundinaceâ radice *H. L. Bat.* Dracunculus paluſtris, Polonicus Corvini *Barr. Icon. 574.* Dracunculus paluſtris *Dod. Pempt. 331.* Pi-

ctum

ctum communicabat Eques Corvinus. Dodonæi figura accuratior eſt Barrelieri.

177. Arum Scorzoneræ folio *Inſt. R. Herb. 160.* Ariſarum anguſtifolium, majus *Barr. Icon. 284.* Ariſarum anguſtifolium *I. B. 2. 787. Cluſ. Hiſt. lxxiiij & Raii Hiſt. 1211.* In ſylvis umbroſis Italiæ creſcit, flos ſæpiùs atropurpureus. Icon. Barr. ex Cluſ. & J. Bauh. l. c. Ari vires vide in Hiſt. Raii 1208.

178. Dracunculus polyphyllus *C. B. Pin. 195. & Raii Hiſt. 1211.* Serpentaria digitata, vulgaris, fructu rubro *Barr. Icon. 147. La Serpentaire.* Vires vide in Hiſt. Raii l. c. & apud. J. Bauh. tom. 2. 789.

179. Serpentaria digitata, major, Indica, fructu pallido *Barr. Icon. 148.* Hiucca ſeu Miſmaitb *Hernand. 378.* Icon. Barr. ex Hernandez Hiſtoriâ l. c.

180. Ariſarum ſerpentinum, rotundiore folio, radice globoſâ, Italicum *Barr. Icon. 573.* Globoſâ eſt radice ſeu olivari, verrucoſâ, circularibus lineis faſciatâ, juxta verticem exiguis albiſque fibris capillatâ, aliiſque craſſioribus & tranſverſis quibus repit & ſeſe propagat. Folia ſubrotunda ſunt, Violæ figurâ, ſed carnoſiora, circulari ſulco circum oras prætexta, atrovirentia, nervo medio obliquiſque venis variè diſtincta & rugoſa, inter quæ ſurgit palmaris pediculus colubrinis maculis variegatus, vaginam ſuſtinens ſeſcuncialem, parvum digitum craſſam, è pallido & atropurpureo ſecundùm longitudinem ſtriatam, pictam & cucullatam, & quâ parte hiat piſtillumque emittit, deorſum reflexam & obtuſam. Piſtillum ſeu Phallus luteus eſt non rectâ aſſurgens, ſed cum inflexo deorſum cucullo deorſum inflexus, in ſummo ſenſim craſſiuſculus, in imo ad baſim verſus floſculis pallidis in orbem comoſus, qui marcido phallo in uvam rubellam abeunt ſuperioribus congenerem. Tota planta acris eſt, mordax & urens. Itinere Romano ad Centum cellas, vigeſimo ab urbe Milliari, juxta hoſpitium quod trans arcem *Poli* ditionis Ducis Braciani, ponti lapideo adjacet, reperiebat Barr.

181. Ariſarum latifolium, Colubrinum, repens *Barr. Icon. 1130.* Radice nititur grumoſâ, inæquali & ſerpente, albo-ſordidâ foris, intus albâ, ex cujus tuberibus folia duo aut tria erumpunt, oblonga, utrinque obtuſa duplici ſulco circum oras exarata, multis venis & nervis in medio diſtincta, in ſupernâ facie ſaturè, in infernâ lætiùs virentia, palmari pedalique donata pediculo junceo, lævi, rotundo, ſub terrâ albo, infirmo & tortuoſo, extra terram firmiori, erecto & uſque ad medium, ſerpentum inſtar, maculato, in reliquâ parte ad foliorum uſque inſertionem viret. Florem nudus pariter ad cucullum uſque variegatus ſuſtinet cauliculus unâ aut alterâ unciâ ad ſummum foliis altior. Vaginatus ſeu Cucullatus flos ab imâ ſui parte ad ſummum uſque ex albo & purpureo viridi ſecundùm longitudinem eſt ſtriatus, in ſummo tamen obſoletiori purpurâ diſcriminatur; parſque ſuperior latiori hiatu diducta eſt, nec tam inflexa quàm in ſuperiori. Piſtillum ſeu Phallus unciam longus, atropurpureus, ſenſim uſque ad extremum craſſior & obtuſior, foris incurvus & propendens, non adeò tamen inflexus ac ſuperior. Ad piſtilli medium excreſcit uva ex confertis acinis rubris conſtans ut in cæteris. Novembri florebat in horto Barrelieri, & ex Apenninis Triſultique Montibus attulerat.

182. Ariſarum latifolium, minus, repens, ceſpitoſum *Barr. Icon. 1150.* Ariſarum flore in tenuem caudam abeunte *Inſt. R. Herb. 161.* Ariſarum minus, proboſcideum *Bocc. Muſ. part. 2. 61. Tab. 50.* Radice eſt tenui, tuberoſâ, longâ, tereti, albo-ſordidâ, lineis tranſverſis faſciatâ & annulatâ, flexuoſâ, ſerpente, ad latera ramoſâ & latè ſe propagante, fragili, vix pennâ anſerinâ craſſiore, tenuibus fibris depactâ; per ſingula nodorum germina (quæ frequentiâ ſatis)

Digitized by Google

folia edit tria aut quatuor ad ſummum, pediculo ſemipedali donata; infra terram albo, ſupra viridi, rotundo, ſucculento & tenui; lata, triangularia, acuta, amplo & longo ſinu quâ pediculo hærent, biſulca, tenuia, lætè virentia, lævia, Violæ foliis vix paulò majora, nullo circum oras ſulco exarata, mollia & facile marcentia. Sub foliis latet puſilla vagina digitum minimum vix craſſa, ſemuncialis, ad baſim rotunda, ex albo & atropurpureo ſtriata, in ſummo atropurpurea, & deorſum inflexa, quæ in caudam tenuem aliquando uncias quatuor & ampliùs longam abit. Piſtillus ſemunciam longus, quadrantem unciæ latus deorſum nutat, fungoſus, violaceus; hujus piſtilli pars infima abit in uvam acinis rotundis, albis refertam, ſuperioribus ſimilem. Facies cuculli interior è colore violaceo & purpureo nitet, exterior obſoletiore langueſcit, venis magis atris ſtriata & ſulcata. Folia lætè ſplendent & cum pediculo vix quinque unciis longiora. Sapor iſti acerrimus. In Apenninis altioribus obvia.

183. Ariſarum dulce, non lacteſcens, minus, Braſilianum *Barr. Icon. 283.* Taiaoba 3. *Marcgr. 36. Piſon 95.*

184. Ariſarum majus, Cauleſcens, aquaticum, Braſilianum *Barr. Icon. 281.* Aninga Iba *Piſon. 103.* Arum arboreſcens, Sagittariæ foliis *Plum. 44. fig. lx.* Ex Piſone haſce ultimas deprompſit Icones Barr.

185. Rapuntium maximum, coccineo, ſpicato flore *Col. in Rech. 880 Raii Hiſt. 746.* Rapunculum coccineum, Americanum, vulgò Cardinalis planta *Barr. Icon. 1147. La Cardinale couleur de feu.*

186. Bignonia Americana, Fraxini folio, flore amplo, phæniceo *Inſt. R. Herb. 164* Gelſeminum Clematites, flore igneo, amplo, ſeu Virginianum *Barr. Icon. 59.* Gelſeminum hederaceum, Indicum *Corn. 102. & Raii Hiſt. 1768. Le Jaſmin de Virginie.*

187. Digitalis Verbaſcifolia, purpurea, minor, perennis, Hiſpanica *Barr. Icon. 1185.* Digitalis Hiſpanica, purpurea, minor *Inſt. R. Herb. 165.* Digitalis anguſto Verbaſci folio, montana *Bocc. Muſ. part. 2. 107.* Digitalis Verbaſcifolia *Ejuſd Tab. 85. La Digitale d'Eſpagne à petites fleurs rouges.* Hæc in ſingulis ſuis partibus vulgari minor. Vires Digitalis vide in Hiſt. Raii 767.

188. Scrophularia montana, maxima, latifolia, flore luteo *Barr. Icon. 273.* Scrophularia flore luteo *C. B. Pin. 236. Prodr. 112. & Raii Hiſt. 765. La Scrophulaire à fleur jaune.*

189. Scrophularia aquatica, montana, mollior *Barr. Icon. 274.* Scrophularia Betonicæ folio *Inſt. R. Herb. 166.* Scrophulariæ vires vide in Hiſt. Raii 765.

190 Antirrhinum latifolium, pallido, amplo flore *Barr. Icon. 655. & Bocc. Muſ. part. 2. 49. Tab. 41.* Varietas Antirrhini flore luteo. *Le Mufle de Veau à fleur pâle.*

191. Antirrhinum majus, anguſtifolium, amplo flore purpureo, Romanum *Barr. Icon 638.* Antirrhinum Hiſpanicum, altiſſimum, anguſtiſſimo folio *Inſt. R. Herb. 168* A vulgari diſtinguitur foliis multò anguſtioribus, vix ſextantem unciæ latis, quâ parte latiora ſunt, ideſt in medio ad utrumque extremum acutis, duas uncias longis, per ramos plurimis, denſis & alternis Caulis in multos denſoſque dividitur ramos, quorum extrema in longam florum purpureorum

ſpicam

Digitized by Google

ſpicam deſinunt. Floris color varius, modò albus, modò lacteus, purpureus, vel vinoſus. In Italiâ agroque Romano obſervabat Barr. Turnefortius & D. Goiffon in Hiſpaniâ collegerunt.

192. Antirrhinum majus, ſaxatile, anguſtiſſimis foliis, flore purpuraſcente, minori *Barr. Icon. 637.* Folia huic tenuiora, ſtrictiora & capillacea. Flos minor.

193. Antirrhinum minus, albo, amplo flore *Barr. Icon. 656.* Antirrhinum medium, flore albo, patulo *V. Luſit.* Ex radice annuâ, albâ, contortâ, diviſâ, minore caulem edit pedalem quandoque cubitalem, unicum, rectum, ramoſum, tenui lanugine pubeſcentem quâ radici jungitur; ut enim altiùs aſſurgit, totus glaber eſt, nitidè lætéque virens, alternis, anguſtis & duas treſve uncias longis foliis vix ſextantem unciæ latis, quandóque latioribus nonnihil & longioribus veſtitus. E foliorum alis ſecundùm caulem & in extremis ramis flores oriuntur longo pediculo donati, nivei, rictu lineis purpureis ſtriato cui aureus hæret pulvis; minores quàm in præcedentibus, & majores quàm in ſequentibus. Floribus ſuccedunt fructus Calvariam Vitulinam referentes ſemineque prægnantes tenui. Sapor toti plantæ acerbus & nonnihil aſtringens. Sub Arcem Vaticanam ad Septentrionem in pratis & alibi in agro Romano occurrit.

194. Antirrhinum minus, flore carneo, elatius *Barr. Icon. 652.* Antirrhinum arvenſe, majus *C. B. Pin. 212. & Raii Hiſt. 760.* In Vineis Romanis colligebat Barr. frequens etiam in Vineis Galliæ.

195. Antirrhinum minus, flore carneo *Barr. Icon. 651.* Varietas prioris.

196. Antirrhinum ſaxatile, Serpilli folio glabro, flore purpuraſcente. Orontium Saxatile, Serpilli folio glabro, flore purpuraſcente *Barr. Icon. 1100.* Hujus & ſequentium deſcriptiones non invenio.

197. Antirrhinum ſaxatile, Serpilli folio anguſtiore, villoſo & unctuoſo. Orontium ſaxatile, Serpilli folio anguſtiore, villoſo & unctuoſo *Barr. Icon. 1101.*

198. Antirrhinum ſaxatile, Thymi folio, flore rubello. Orontium ſaxatile, Thymi folio, flore rubello, *Barr. Icon. 1313.*

199. Antirrhinum ſaxatile, villoſum, folio Origani glutinoſo *Barr. Icon. 598.*

200. Antirrhinum minus, villoſum, anguſtifolium, purpureum. Orontium minus, villoſum, anguſtifolium, flore purpuraſcente *Barr. Icon. 758.* Annua & exilis planta palmo non major, caule recto, ramoſo, folioſo; foliis anguſtis, unciâ non majoribus, villoſis, ad ſingulos ramulorum nodos binis & ternis. Cuilibet ramulo inſidet flos purpureus uncialis tenui fultus pediculo. Flori ſuccedit fructus Antirrhinis ſuperioribus rotundior & eſt roſtri minus prominentis. In Vineis Pontis Milvii & juxta Tyberim Junio & Auguſto floret.

201. Linaria purpuro-violacea, major, non repens, Italica *Barr. Icon. 1021.* Linaria purpurea, major, odorata *C. B. Pin. 213. & Raii Hiſt. 756. La Linaire odorante à fleur couleur de pourpre.*

202. Linaria annua, purpuro-violacea, calcaribus longis, foliis imis rotundioribus *Bot. Monſp.* Chamælinaria violacea, Italica *Barr. Icon. 1162.* Linaria cærulea, calcaribus longis *J. B. 3. 461.* In agro Romano ſparſim occurrit *Barr.*

203. Linaria Hiſpanica, Nummulariæ folio villoſo *Inſt. R. Herb. 169.* Antirrhinum ſaxatile, minus, Origani folio viſcoſo & villoſo, flore albo amplo *Barr. Icon. 597.*

204. Linaria ſaxatilis, Alſines folio villoſo *Inſt. R. Herb. 169.* Orontium ſaxatile, Alſines folio, unctuoſo & villoſo, flore albo *Barr. Icon. 1102.*

205. Linaria ſaxatilis, Polygoni folio villoſo *Inſt. R. Herb. 159.* Orontium ſaxatile, anguſto Alſines folio villoſo & unctuoſo, flore albo *Barr. Icon. 113.* Linariæ vires vide in Hiſt. Raii 754.

206.

Digitized by Google

206. Pedicularis Chamædryos folio. Trixago Chamædryos foliis *Barr. Icon. 774. n. I. Pediculaire à feuille du petit Cheſne.*

207. Pedicularis maritima, folio oblongo, ſerrato *Inſt. R. Herb 172.* Trixago altiùs ſerratis foliis *Barr. Icon. 774. n. II.* Antirrhinum album, ſerratis foliis *J. B. 3. 437. Raii Hiſt. 770.*

208. Pedicularis verſicolor, ſpicata *Inſt. R. Herb. 172.* Alectorophos Italica, verſicolor, ſpicata *Barr Icon. 666.* Ex radice annuâ, lignoſâ, ruteſcente & in varias fibras diviſâ caulis ſurgit unicus, rectus firmuſque & quadratus, pedalis & ſeſquipedalis, foliis veſtitus binis & oppoſitis ex adverſo, alternoque ſitu cruciatim & unciæ intervallo à ſe invicem ſejunctis, nullo pediculo nixis, ad baſim latioribus, & amplexicaulibus, oblongis, anguſtis, obtusè & altiùs ſerratis, rugoſis, ſulcatis, quorum crenæ inæquales, & incurvæ. E caulis vertice & è foliorum alis flores eminent ſpicæ in modum denſo & alterno ſitu congeſti, pro plantæ mole magni, perſonati, in duo labia hiantes; quorum labium ſuperius in duos lobos diviſum, inferius in tres lacinias inciſum eſt, mediâ laciniâ lateralibus minore. Verſicolores ut plurimum ſunt iſti flores, labiis ſcilicet inferioribus albis aut luteis, galeâ vero rubellâ, interdum pallidè aut è pallido albentes, modo candidi. Stylum oblongum deorſum inflexum concomitantur quatuor ſtamina trientem unciæ longa, ſuis armata apicibus flori concoloribus & albicantibus. Floribus ſuccedunt pericarpia oblonga, globoſa, è lateribus compreſſa, acuminata foliiſque duobus criſtatis ſulcatis, & inæqualibus obvoluta, & tenui ſemine referta flavicante. Tota planta tenui caneſcit lanugine & nonnihil eſt viſcoſa & ſuaveolens. Sapore eſt amaro & acri. Maio & Junio menſibus floret in incultis locis circa Romam. Flores ſeparati in Icone Barr. inverſi ſunt.

209. Pedicularis lutea, viſcoſa, ſerrata, pratenſis *Inſt. R. Herb. 172.* Alectorolophos Italica, luteo-pallida *Barr. Icon. 665.* Euphraſia lutea, latifolia, paluſtris *Raii Hiſt. 772. & Synopſ. 162.* A ſuperiori diſtinguitur floribus & caule huic quandoque ramoſo. Tota planta viſcidior, magis glutinoſa & acriuſcula. In agro Romano circa Pontem Salarium ſub finem Junii florere cœperat. *Barr.* Nos in Normanniâ circa urbem *Saint-Lô*, & in Britanniâ Armoricâ Septembri in pratis paludoſis & humentibus invenimus.

210. Pedicularis Alpina, Aſphodeli radice, flore albo. Alectorolophos montana, flore albo *Barr. Icon. 469.* Alectorolophos montana, flore albo, luteo *Bocc. Muſ. part. I. Tab. viij n. 2.* Filipendula montana, flore Pediculariæ *C. B. Pin. 163. Raii Hiſt. 771.* In Editioribus Moroni montibus Junio florebat, flores modò purpurei, modò albi.

211. Pedicularis ſerotina, purpuraſcente flore *Inſt. R. Herb. 172.* Euphraſia ſylveſtris, major, purpurea *Barr. Icon. 276. n. II. & Col. part. I. 202.* Euphraſia pratenſis, rubra *C. B. Pin. 234. & Raii Hiſt. 772.* Icon Barr. ex Col. l. c.

212. Pedicularis purpurea, annua, minima, verna *Inſt. R. Herb. 172.* Euphraſia vulgaris, latifolia, atropurpurea *Barr. Icon. 276. n. III.* Euphraſia purpurea, minor. *C. B. Pin. 234. Prodr. 111. Bot. Monſp. & Raii Hiſt. 774.*

213. Pedicularis alba, annua, minima, verna *Inſt. R. Herb. 172.* Euphraſia vulgaris, vera, flore albo *Barr. Icon. 276. n. I.* Superioris varietas.

214. Pedicularis minima, polyclonos, humifuſa. Euphraſia rotundifolia, forte Alſine, an Anthylloides rotundifolium? *Barr. Icon. 275.* Anthylloides rotundifolia, ſicula, Euphraſiæ floribus rubentibus *Bocc. Muſ. part. 2. 54. Tab. 24.* Nec hujus nec ſequentis deſcriptionem invenio.

215. Pedicularis Hiſpanica, vermiculato folio. Euphraſia vermiculato folio, Hiſpanica *Barr. Icon. 1204. & Bocc. Muſ. part. 2. 76. Tab. 63.*

Digitized by Google

216. Melampyrum luteum, comâ cæruleâ, Bauhini *Barr. Icon. 769. n. 1.* Melampyrum cæruleâ comâ *C. B. Pin. 234. & Raii Hiſt. 775.* Circa Gratianopolim provenit, in Sylvulâ juxta Eremum Sancti Auguſtini, & eundo ad *Sapet*, viâ quæ ducit ad Majorem Carthuſiam.

217. Melampyrum luteum, comâ albâ Bauhini *Barr. Icon. 769. n. 2.* Melampyrum comâ albâ *C. B Pin. 234.* Melampyro affinis, Parietaria cærulea quorumdam, comâ penitus candidâ, *I. B. 3. 440.* Prioris varietas.

218. Melampyrum minus, purpureum, Trixaginis folio *Barr. Icon. 1045. & Bocc. Muſ. part. 2. 63. Tab. 51.* Deſcriptum non invenio.

219. Ageratum minus, ſaxatile, flore albo *Barr. Icon. 1192.* Ageratum ſerratum, Alpinum, glabrum, flore albo *Inſt. R. Herb. app. 651.* Varietas Agerati purpurei Lugd. 1184.

220 Anblatum flore è rufo candicante, ſive Anblatum Cordi *Cor. Inſt. R. Herb. 48.* Dentaria major, ἀφυλλὸς Orobanches facie *Barr. Icon. 80.* Orobanche radice dentatâ, major *C. B. Pin. 88. & Raii Hiſt. 1229. Cord. Hiſt. 89.*

221. Phlomis fruticoſa, Salviæ folio *Inſt. R. Herb. 177.* Stachys fruticans, vulgaris, flore aureo, ſeu Verbaſcum Salvifolium, fruticoſum, flore luteo. Lobelii *Barr. Icon. 406.* Verbaſcum latis ſalviæ foliis *C. B. Pin. 240. & Raii Hiſt. 511.*

222. Phlomis fruticoſa, Luſitanica, flore purpuraſcente, foliis acutioribus *Inſt. R. Herb. 178.* Stachys fruticoſa, repens, purpureo flore *Barr. Icon. 405.* A ſuperiori diſcrepat radice tenuiori, repente, lateque ſe ſurculis propagante; ſurculis magis contortis, ſparſis, humilioribus, mollioribus & flexilioribus; foliis rugoſioribus, ſtrigoſioribus, magis aſperis, ex baſi latiori in acumen tenuius deſinentibus, ſupernè virentibus, infernè caneſcentibus: floribus porrò minoribus, purpureis, & paucioribus numero. Junio Julioque menſibus florebat in Regni Valentini deſerto Murrhenſi.

223. Phlomis fruticoſa, candidiſſima, flore ferrugineo *Inſt. R. Herb. 178.* Stachys fruticans, latifolia, tomentoſa, flore ferrugineo *Barr. Icon. 1322.* Fruticat hæc duorum cubitorum & ampliùs altitudine, lignoſis virgultis. Caules ejus quadrati, denſo tomento hiſpidi, & nivei, ut & folia quæ ad ſingulos nodos bina ex adverſo oppoſita & decuſſatim ordinata, triplo majora quàm in ſuperiori, Betonicæ vel potius Stachydis latifoliæ formâ, è rotundâ ſinuosâque circa pediculum quo cauli adhærent, baſi, in longum acumen obtuſum ſe explicantia, tres quandoque uncias lata, & quatuor longa, ſed adeò craſſa denſoque tomento farta tectaque, ut panni lacinias læviſſimas molliſſimaſque potius diceres quàm folia. Floris magnitudinem naturalem habes in Icone expreſſam; color ejus eſt è luteo gilvus ſeu ferrugineus & obſoletus. Pictor pediculum filiorum longiorem facit, brevi enim hærent folia pediculo. In Regni Valentini fruticoſis ſaltibus ad radices Montium viâ quæ *Aiorà* Setabitam ducit, Maio florebat.

224. Phlomis Lychnitis *Cluſ. Hiſt. xxvij.* Stachys prælongo anguſtoque folio, flore luteo; Phlomis Lychnitis Cluſii *Barr. Icon. 1321.* Verbaſcum anguſto Salviæ folio *C. B. Pin. 240. & Raii Hiſt. 511.*

225. Horminum ſylveſtre, hirſutum, Lampſanæ folio, flore cæſio *Barr. Icon.*

Digitized by Google

Icon. 199. Horminum ſylveſtre, latifolium, verticillatum *C. B. Pin. 238. Raii Hiſt. 546. L'Hormin.*

226. Horminum Creticum, comâ purpuro-violaceâ *Barr Icon. 1233.* Horminum comâ purpuro-violaceâ *I. B. 3. 309.* Flores in Icone Barrelieri majores ſunt quàm ſolent, unde pro exoticâ plantâ habuit.

227. Horminum minus, ſubrotundo, ſcabro folio *Barr. Icon. 207* Radix illi tortuoſa, craſſa nonnihil, fiſſaque & in alias tenuiores diviſa. Folia ima atro-virent, ſubrotunda, rugoſa, per oras crenata hiſpidaque ſunt, in ſupremo caule longiora. Summis è caulibus quadrangulis parvos edit flores violaceos, & aliorum formâ. Sub finem Auguſti florebat in agro Romano viâ Lauretanâ, ſecundùm rivulum quem vulgò *Aquam traverſam* vocant, non procul à pratis per quæ in Tyberim mergitur, & alibi paſſim in glareoſis locis provenit.

228. Horminum ſylveſtre, minus, inciſo folio, flore azureo *Barr. Icon. 208.* Horminum ſylveſtre, lavandulæ flore *C. B. Pin. 239. & Raii Hiſt. 545.* Folia huic humi decumbentia, rugoſa, atro-virentia, longa & per oras ſinuoſa ac crenata. Flores cœrulei modò, modò cœruleo-violacei, nunc albi. Radix longa, nonnihil craſſa, fuſca & corticoſa. Romæ in agrorum viarumque marginibus frequens.

229. Horminum ſylveſtre, inciſo folio, cæſio flore, Italicum *Barr. Icon. 220.* Horminum Verbenæ laciniis, anguſtifolium *Triumf. 66.* Radice potitur longâ, craſſâ, multiplici, nigrâ, corticoſâ, ſcabrâ & lignoſâ, quæ ex capite multa fundit humi folia parva, lætè virentia, ſinuoſa, dentata; quorum prima ferè integra & Salviæ formâ, alia verò altiùs inciſa & ſinuoſa, longiſſima vix parvo digito longiora. Cauliculi quadrati & villoſi deſinunt in thyrſum florum brevem è tumidis, virentibus, ſtriatis, per oras radiatis patentibuſque conflatum, calycibus, è quibus flores prodeunt exigui, cæſii, quorum pars ſuperna cœrulea eſt, inferna verò albida. In Icone habes ferè magnitudinem totius plantæ. Menſe Aprili florebat ſolo glareoſo & arenoſo in Campaniâ Romanâ, Romæ pariter viâ ad tres fontes Divo Paulo ſacros. Hieme (inquit Triumf. l. c.) faciem mutat; parvula enim & abortiva minores craſſiores magiſque hirſutos edit caules, æſtate verò elatiores majoreſque.

230. Horminum minus, Betonicæ folio, flore purpureo *Barr. Icon. 167.* Horminum minus, Betonicæ folio, flore purpureo Bauhini Prodromi *Bocc. Muſ. part. 1. Tab. v. n. 13.* Multa fert humifuſa folia Betonicæ formâ & magnitudine, crenata, in extremo obtuſa, longo hærentia pediculo, rugoſa, glabra, è quorum medio duo aut tres ſurſum aſſurgunt cauliculi recti, quadrangulares, cruciatim binis & binis ſecundùm longitudinem diſtincti foliis & florum verticillis ex alis foliorum emergentibus, quorum ex calycibus enaſcuntur flores purpurei. *Horminum Betonicæ folio Bauh. Prodr.* flore eſt albo. Vid. Prodr. 115.

231. Horminum hæmatodes, minus, flore purpureo *Barr. Icon. 168.*

232. Horminum ſubrotundo folio, flore cæſio, Hiſpanicum *Barr. Icon. 200. & Bocc. Muſ. part. 2. 30. Tab. 13.* Folia huic lata, ſubrotunda, rugoſa, aſpera hiſpidaque, in ambitu ſerrata, nonnihil ſinuoſa circa pediculum; caules nonnihil villoſi, quadranguli, cubito majores, in quorum extremis ſpica verticillata inſidet. Flores cæſii ſunt coloris ſeu ex albo cœrulei, quibus ſuccedunt ſemina quatuor rotunda, contenta in fundo calycis rigidi, aſperi, villoſi, patente orâ, fundoque anguſto & in quatuor acumina diviſi. Tota planta ſuave olet. In Hiſpaniâ, Valentiæ apud Patres Ordinis F F. Prædicatorum obſervavit Barr. Hormini ſclareæque vires vide in Hiſt. Raii 543.

233. Sclarea laciniatis foliis *Inſt. R. Herb. 179.* Æthiopis laciniatis, foliis *Barr. Icon. 188.* Ab Æthiopide Dod. Pempt. 148. & Æthiopide laciniato folio C. B. Prodr. 115. differt foliis amplioribus, profundiùs inciſis & ſinuoſis, ſemen habuit ex horto Reg. Blæſ.

Digitized by Google

234. Sclarea Aſphodeli radice *Inſt. R. Herb: 179.* Horminum Sylveſtre majus, hæmatodes, glabrum, flore cæruleo, Italicum *Barr. Icon. 185.* Radicem habet craſſam, tortuoſam, lignoſam, longam & divaricatam; folia palmi dodrantem longa, circa baſim & pediculum quatuor aut quinque uncias lata, glabra, rugoſa, ſed læto virore nitentia, ſanguineis tamen maculis nullâ lege aut ordine ſparſim cruentata, in caule ſenſim minora & anguſtiora, per oras leviter dentata, in extremo acuta; flores magni cærulei. In colle arenoſo quà itur à Baſilicâ Divi Pauli ad tres fontes, in deſcenſu, meridiem verſus invenit Barr.

235. Sclarea Syriaca, flore albo *Inſt. R. Herb. 179.* Horminum ſylveſtre, majus, flore albo, integris foliis *Barr. Icon. 187.*

236. Sclarea maxima, Bœtica, annua, floribus dilutè cæruleis *Inſt. R. Herb. 179.* Horminum ſylveſtre, majus, haſtato folio, flore cæſio, Hiſpanicum *Barr. Icon. 186.* Ex radice longâ, brachiatâ & corticosâ caules promit quadratos bicubitales & tricubitales, foliis veſtitos palmum longis & amplioribus quandóque, juxta baſim latis & ſinuoſis, anguloſis auritiſque, in longam & acutam cuſpidem deſinentibus, inæqualiter in ambitu ſerratis & criſpantibus, palmari juxta radicem articulatis pediculo, in caule breviori. Flores fert tres aut quatuor, modò plures, ex ſingulis ſpicæ verticillis enaſcentes, pediculo fultos, cæſios aut dilutè cæruleos, in duas partes ſciſſos, quarum ſuperior, longior & falcata, inferior verò trifida. Stylus pariter falcatus, ſtaminibus geminis ſtipatus. Calyx ſtriatus, villoſus, acuminibus quinque dentatus. Semina ut in aliis. Inter urbem *Almagro* & *Almadovar* Oppidum Caſtiliæ novæ obſervavit Barr. cùm è Caſtiliâ in Bœticam tenderet.

237. Sclarea folio lanceolato, Hiſpanica. Horminum Hiſpanicum, foliis Herbæ venti, flore cæruleo *Barr. Icon. 1317.* Folia fert ſemipalmum longa, & ampliora, duas uncias lata, quandóque anguſtiora in caule ſcilicet, Herbæ venti Lobelii foliorum formâ, ſcabra, aſpera, hiſpida, per oras ſerrata, lanceolata & unciali nixa pediculo. Caules quadranguli, floribus ornati verticillatim naſcentibus, cæruleis, quorum magnitudinem & formam habes in Icone expreſſam. Radix longa & lignoſa. Tota planta Horminum olet, nec ingratum ſpirat odorem. In Regno Valentino ſeptem leucis ab urbe Valentiâ, ad Auſtrum in loco mari vicino, quem vulgò *la Murtha* vocant, locis aridis & deſertis occurrit *Barr.*

238. Dracocephalon Americanum *Breyn. Prodr. 1. 34.* Lyſimachia galericulata, ſpicata, purpurea, Canadenſis *Barr. Icon. 1152.* Pſeudodigitalis foliis dentatis, Perſicæfoliis. *Bocc. Rar. Plant. 11. Raii Hiſt. 769.*

239. Brunella latifolia, Italica, flore carneo *Barr. Icon. 562. La Brunelle d'Italie à fleur couleur de chair.* Ex multis, tenuibus & filamentoſis radicibus folia oriuntur plurima, in orbem humifuſa, latifolia, oblonga, obtusè turbinata, ad baſim latiora & circa pediculum ſinuoſa, glabra, lævia & obſcuro virore nitentia, inter quæ erumpunt ſupini & repandi ſubindè cauliculi alias etiam fibroſas radices juxta genicula humi agentes, binis ex adverſo veſtiti foliis, & in ramos diviſi, è foliorum alis exeuntes, quorum ſumma deſinunt in capitula ſpicata, quàm in vulgari Brunellâ nonnihil breviora, ſed ſatis ſimilia. Flores dilutè ſed latè è carneo rubent, è glumoſis utriculis emergentes; ſubamari & aſtringentis ſaporis. Romæ juxta mœnia à Portâ Pincianâ ad Piam protenſa umbroſis locis gaudet, & in viâ ad ſublacum Oppidum, ſuperatis montibus, ſeſqui milliari infrà, ad nemoris oras obvia. Brunellæ vires vide in Hiſt. Raii 551.

Digitized by Google

240. Galeopſis purpurea, latifolia. Lamium purpureum, biflorum, Polonicum *Barr. Icon. 1220.*

241. Galeopſis anguſtifolia, flore variegato *Inſt. R. Herb. 185.* Cannabis ſpuria, anguſtifolia, variegato flore, Polonica *Barr. Icon. 1158.* Utrumque Barreliero communicabat Eques Corvinus.

242. Galeopſis Hiſpanica, fruteſcens, Teucrii folio *Inſt. R. Herb. 186.* Teucrium fruticans, amplo & albo flore, Italicum *Barr. Icon. 895.* Lamium fructicoſum, non maculatum, Creticum *Zan. 112. Fig. xlvj Raii. Hiſt. 561.* In ſepulchris antiquis, & in Hippodromi Romani ruinis viâ Appiâ, & ad oſtia Tyberina reperitur, nec non circa Terracinam ad radices cujuſdam Arcis antiquæ, ducentis ab urbe paſſibus.

243. Stachis alba, latifolia, major *Barr. Icon. 297.*

244. Stachis alba, latifolia. minor *Barr. Icon. 280.*

245. Stachis alba, auguſto ſalviæ folio *Barr. Icon. 279.*

246. Stachis nigra *Barr. Icon. 298.* Haſce Stachides deſcriptas non invenio in ſcriptis Barrelieri.

247. Leonurus Canadenſis, Origani folio *Inſt. R. Herb. 187.* Origanum Canadenſe, fiſtuloſo flore purpureo *Barr. Icon. 1221.* Origanum fiſtuloſum, Canadenſe *Corn. 14.* Icon. Barr. ex Corn. Hiſt. l. c.

248. Pſeudodictamnus actabulis Moluccæ *C. B. Pin. 222. Raii Hiſt. 558.* Dictamnus falſus, verticillatus, pericarpio choanoide, Creticus *Barr. Icon. 129.*

249. Pſeudodictamnus Hiſpanicus, ampliſſimo folio candicante & villoſo *Inſt. R. Herb. 188.* Marrubium Hiſpanicum, rotundifolium, album, majus, ſeu latifolium *Barr. Icon. 767. & Bocc. Muſ. part. 2. Tab. 123.* Marrubium ſubrotundo folio *Ejuſd. Muſ. part. 2. 167. Le faux Dictame d'Eſpagne à feuilles blanchâtres & velues.*

250. Pſeudodictamnus Creticus, verticillatus, odoratus. Dictamnus Creticus, verticillatus, odoratus *Barr. Icon. 130.* Folia huic quàm in ſuperioribus craſſiora, tomentoſa, nivei planè candoris, brevi adnata pediculo, bina ex adverſo oppoſita, cordata, vix dodrantem unciæ lata, nonnihil longiora, ſubrotunda, mollia, lævia, nullis venis aut nervis ſignata. Cauliculi incanâ lanugine pubeſcunt, quadrati, fragiles, ex quorum extremis verticillatæ exeunt denſo ordine ſpicæ albentes, hiſpidæ, & lanugine adeò denſâ tectæ, ut vix verticillorum diviſio & utriculorum ſeu calycum numerus & ſitus dignoſcantur, niſi propius ope microſcopii inſpiciantur. Calyces ut in Pſeudodictamno per oras in quinque acumina radiati, denſo bombyce hiſpidi, ex quibus flores emergunt labiati, albi, faucibus dilutè violaceis. Recens odoratus dicitur; Siccus tamen nihil ſapit. E Cretâ Siccum ramulum accepit Barr.

251. Lycopus foliis in profundas lacinias diviſis *Inſt. R. Herb. 191.* Marrubium aquaticum, incanum, profundè inciſis foliis *Barr. Icon. 154.*

252. Sideritis latifolia, repens, flore albo. Marrubium repens, flore albo, exoticum

Digitized by Google

exoticum *Barr. Icon. 768.* Fibroſâ è radice humi ſtatim fundit folia, ſpargitque in gyrum varios ramos quadrangulos, hirſutos, in alios ramulos diviſos, binos ex adverſo è foliorum alis enaſcentes. Folia erumpunt per ramos oppoſita, Meliſſæ ſatis ſimilia, ſed minora & breviora, nonnihil obtuſa, obtuſéque per oras crenata, propè pediculum ſinuoſa, quinque ut plurimum nervis, ſeu ſulcis exarata, rugoſa & ſcabra, pediculo nixa in imis foliis biunciali, in editioribus ſenſim breviore. Flores albi ſunt in rictum hiantes labiatum, quorum ſuperius labium bifidum eſt, contortum & retrò ſurſumque reflexum, à latere ſingularibus lineis purpureis brevibuſque pictum; inferius verò integrum, planum & ſurſum nonnihil antrorſumque incurvum eſt, ac palleſcit. Fauces interiores atro purpureis maculis ſunt variegatæ. E rictu florum quatuor ſtamina exeunt purpurea ſuis atro-purpureis onuſta apicibus. Flores ut in vulgari Sideritidi ſpicatim & verticillatim ex foliorum alis naſcuntur. Semen illi parvum, rotundum & nigrum. Vivam plantam communicabat Barreliero Eques Corvinus.

253. Sideritis hirſuta, brevi acutoque folio, albo flore *Barr. Icon. 1046.* Hujus & ſequentis deſcriptionem non invenio.

254. Sideritis Cretica, tomentoſa, candidiſſima, flore luteo *Cor. Inſt. R. Herb. 12.* Stachis Lychnoides, incana, anguſtifolia, flore aureo, Italica *Barr. Icon. 1187. La Crapaudine de Candie à fleur jaune.*

255. Sideritis montana, Scordioides, tomentoſa *Barr. Icon. 1160.* Sideritis foliis hirſutis, profundè crenatis. *C. B. Pin. 233. & Raii Hiſt. 553.*

256. Sideritis montana, Scordioides, glabra *Barr. Icon. 343.* A ſuperiori diſtinguitur glabritie & lævi nitore quo virent folia; cauliculis quoque altioribus & magis ramoſis erectioribuſque.

257. Sideritis montana, trifido folio *Barr. Icon. 171.* Folia huic Hyſſopo ſimilia, ſed in extremo ſingulari utrinque dente ſerrata, ſeu tricuſpidata, dodrantem unciæ longa, lineam lata; Flores in ſpicam verticillatam congeruntur. Cætera ut in vulgari Sideritide.

258. Sideritis montana, Hyſſopifolia, major *Barr. Icon. 329.* Diſtinguitur à *Sideritide Alpinâ, Hyſſopifoliâ Bauhini* foliis integris; à ſequenti foliis multò longioribus.

259. Sideritis montana, Hyſſopifolia, minor *Barr. Icon. 172.* A lignoſâ radice, è ſaxorum rimis erumpente lignoſos ramoſoſque edit ſurculos inæquales, nodoſos, obliquos, & nonnihil ſupinos, in alios tenuiores ramulos diviſos, incanos, quadratos, nodoſos, erectos, quaternos & quinos, ex eodem ferè exortu emergentes, foliis veſtitos Hyſſopi planè formâ, arrectis, acutis, vix ſemunciâ longioribus, anguſtiſque ſenſim, juxta extremum minoribus, binis ex adverſo oppoſitis & integris. Flores in ſpicam verticillatam congeſti ſunt, ex calycibus acutis & ſerratis emergentes.

260. Sideritis montana, vermiculato folio *Barr. Icon. 344.* Sideritis Hiſpanica, fœditiſſima, glabra, flore purpuraſcente, & comâ caneſcente *Inſt. R. Herb. 192.* A ſuperioribus diſcrepat foliis minoribus, anguſtioribus, acutioribuſque; eorum namque majora vix ſemunciam longa, medium lineæ, aut lineam lata, per oras æqualia, in caulibus dodrantalibus, aut ſemipalmaribus lignoſis, quadratis, incanâ lanugine pubentibus, ramoſis & geniculatis bina oppoſita & decuſſatim ordinata; è quorum alis minora germina denſis magiſque caneſcentibus foliis congeſta ſurſum cum foliis ſeſe erigunt. Extrema Surculorum, per internodia ſatis laxa, verticillati cingunt flores labiati, purpuraſcentes, ex calycibus duris aculeatiſque emergentes.

261. Sideritis Hiſpanica, erecta, folio anguſtiore *Inſt. R. Herb. 191.* Hyſſopus montana, verticillata major *Barr. Icon. 239. & Bocc. Muſ. part. 2. 77. Tab 67.* Folia huic in erectis, gracilibus, anguloſis incaniſque ſurculis Lavandulæ ſimilibus, rara & ſemuncialia per intervalla, bina & oppoſita, anguſta, obtusè acuta, è viridi caneſcentia & ſemunciam longa. Extrema Sur-

D ij culi

Digitized by Google

culi deſinunt in tres aut quatuor verticillos inter ſe diſcretos & latiuſculos, è quorum calycibus flores purpuraſcentes & labiati erumpunt.

262. Sideritis Hiſpanica, erecta, anguſtiore folio, minor. Hyſſopus montana, verticillata, minor. *Barr. Icon. 240.* Surculi huic vix ſemipalmares, lignoſi, tenuiores tamen & infirmiores, foliis veſtiti parvis & incanis, formâ ſuperiorem referentibus. Florum verticilli floreſque minores ſunt quàm in præcedenti Has omnes Sideritidis ſpecies ex plantâ ſiccâ plerumque deſcripſit & depinxit Barr.

263. Marrubium album, ſericeo parvo & rotundo folio *Barr. Icon. 685. & Bocc. Muſ. part. 2. 78. Tab. 69.* Marrubium album, Hiſpanicum, majus *Barr. Icon. 686.* Marrubium Hiſpanicum, ſupinum, foliis ſericeis, argenteis *Inſt. R. Herb. 192. Le Marrube d'Eſpagne a feuilles ſoyeuſes & argentées.*

264. Meliſſa ſylveſtris, hirſuta, major, Italica *Barr. Icon. 1222. & Bocc. Muſ. part. 2. 166. Tab. 117.* Meliſſa Italica, hirſuta *ejuſd. Muſ. part 1. Tab. viij.* Meliſſa Romana, hirſutior *Mor. H. R. Bleſ. auct. 286.* Meliſſa ſylveſtris, hirſutior, minus odorata *Raii Hiſt. 571. La Meliſſe d'Italie velue & moins agreable.* A vulgari diſtinguitur foliis multò latioribus, hirſutioribus, & minus gratè olentibus. Porrò altiùs ſurgit. In Hetruriâ propè Liburnum portum copioſa eſt. Meliſſæ vulgaris vires vide in Hiſt. Raii 570.

265. Calamintha montana, præſtantior, flore purpureo *Barr. Icon. 398. & Bocc. Muſ. part. 2. 45. Tab. 40.* Calamintha magno flore *C. B. Pin. 229. & Raii Hiſt. 569. Le Calament de Montagne à fleur purpurine.* Vide vires in Hiſt. Raii l. c.

266. Calamintha Pulegii odore, minor, Italis Mentuccia menore ô Nepetella *Barr. Icon. 1166.* Hujus & ſequentis deſcriptionem non invenio.

267. Calamintha parvo, oblongo obtuſoque folio. Marum Hiſpanicum, parvo, oblongo, obtuſo folio *Barr. Icon. 689.*

268. Calamintha incana, Ocimi foliis *C. B. Pin. 228. Raii Hiſt. 569.* Marum Thymifolium, incanum, ſpicatum, crenato folio, Pulegii odore, Hiſpanicum *Barr. Icon. 690. & Bocc. Muſ. part. 2. 61. Tab. 50.*

269. Clinopodium Luſitanicum, ſpicatum & verticillatum *Inſt. R. Herb. 195.* Prunella odorata, Luſitanica, flore violaceo *Barr. Icon. 561.* Bugula odorata, Luſitanica *Corn. 46.* Icon. Barr. ex Corn. Hiſt. l. c.

270. Thymus capitatus, qui Dioſcoridis *C. B. Pin. 219 & Raii Hiſt. 519.* Thymum Creticum, incanum, capitatum *Barr. Icon. 897. Le Thim de Crete.*

271. Thymus capitatus, Hiſpanicus. Thymum cephalotum, Hiſpanicum *Barr. Icon. 302. Thim d'Eſpagne.* Pedalis eſt ſuffrutex lignoſus & perennis, ſubincanus, à ſuperiori diſcrepans foliis viridibus & capitulis multò minoribus. Flores edit purpuraſcentes. Circa Hiſpalim Novembri menſe collegit Barr.

272. Thymus capitatus, Hiſpanicus, congeſtis foliis. Satureia ſpicata, minor, tenui Laricis folio, Hiſpanica *Barr. Icon. 1251.* Surculi huic recti, quadrati, albicantes, rariores, in rectos oppoſitoſque ut plurimùm ramos diviſi, quos anguſta & quadrantem unciæ longa, Laricis more congeſta folia, rara per intervalla veſtiunt. Spicæ huic breves & minores quarum flores non vidi. Sapor illi acris & ad Thymbram montanam aliquantulum accedens.

273. Thymus Luſitanicus, cephalotos, ſquammis capitulorum amplioribus

Inſt.

Digitized by Google

Inſt. R. Herb. 196. Tragoriganum Dictamni capite, Hiſpanicum *Barr. Icon. 788. & Bocc. Muſ. part. 2. 50. Tab. 43.* Suffrutex eſt elegans lignoſus, dodrantalis, tortuoſus, glaber, nodoſus, ruſeſcens, in ramos rotundos, tenues, binos, oppoſitos per ſingula internodia & erectos, foliis veſtitos binis, oppoſitis, anguſtiſſimis, ſed ſenſim latiuſculis cùm altiùs & ad caput floremque aſſurgunt; infra verò vix lineas duas lata, acuta incanaque & tenuia; ſuperiora autem latiora multa & glabra ſpicam ſquammatam referunt, ex cujus ſquammis flores & ſemina emergunt. Camphoræ ſaporem & odorem planta ſicca retinet. In Regno Valentino obſervabat Barr.

274. Thymus Luſitanicus, cephalotos, maritimus, glaber & lucidus *Inſt. R. Herb. 196.* Thymum ſylveſtre, frondoſum, oblongis foliis, Hiſpanicum *Barr. Icon. 787.* Caules huic lignoſi, tortuoſi, ſupini, nonnihil rubentes, vix ſemipalmares quibus hærent folia oblonga, acuta, rigida, glabra & ad rubrum vergentia, licèt in exortu alba tenuique caneſcant lanugine, Laricis modò congeſta, & oppoſita, ex ſingulis ramulorum germinantium ocellis erumpentia. Flores videre non contigit rigente tunc hyeme. Aridis & petroſis Regni Valentini locis gaudet.

275. Thymus cephalotos, minor, breviori folio. Thymum anguſto brevique folio. *Barr. Icon. 780.* Craſſioribus, lignoſis, tortuoſiſque fruticat ſurculis rotundis, in alios ramulos incanos, tomentoſos tenuioreſque diviſos, è quibus oriuntur folia confertim congeſta, teretia, ex albo virentia, anguſtiſſima, vix ſeſquilineam longa. Florentem videre non contigit, acris eſt ſaporis & Maſtichen referentis. In Regno Valentino occurrebat.

276. Thymus virens, odore Hirci, Italicus. Thymum hircinum Italicum *Barr. Icon. 887.* Thymi vulgaris modo fruticat, ſed humilior & ramoſus. Folia edit anguſta, utrinque virentia, bina oppoſita, ex quorum alis alia denſo ordine congeruntur. Cauliculi nonnihil ruſeſcunt. Flores fert ſummis in cauliculis ſex aut octo ſimul congeſtos, Thymi formâ, ex albo carneos & majuſculos. Tota planta validi eſt odoris & ad camphoram, aut potius ad hircinum accedentis; ſaporis planè acris & mordicantis. Maio florebat in monte quodam propè caſtrum Terracinæ.

277. Thymus incanus, Hiſpanicus, odore Camphoræ. Thymum incanum, camphoratum *Barr. Icon. 778.* Huic ſurculi ſunt recti, glabri, ruſeſcentes, tenues; quibus hærent folia quàm in præcedentibus longiora, erecta, caneſcentia, minus craſſa & carnoſa, utrinque acuta & pediculo donata. Majores ſurculi in tenues, rectos, nudos & decuſſatim ordinatos ramulos deſinunt, quorum in ſummo inæqualiter inſident capitella globoſa, ut ex ſuperſtite ramulo licuit conjicere. Ramulum appingo tantùm ut magnitudinem oſtendam. Acris eſt ſaporis, & odoris Camphorati. In Regni Valentini collibus ſaxoſis Februario colligebat Barr.

278. Thymus viridi tenuique folio, Hiſpanicus. Thymum viridi tenuique folio *Barr. Icon. 779.* Vulgari Thymo folia edit nonnihil longiora, acutiora, & Serpillo ferè æqualia, glabris albicantibuſque adnata cauliculis lignoſis, inflexis ex parte ſuperiore, mollioribus, ac in ſpicam anguſtam deſinentibus. Flores hujus non vidi, utpote Februario menſe decerpti. Acrioris eſt ſaporis & odoris Maſtichen referentis. In Regno Valentino dum *Origuala* Carboneras peteret, paulò ſupra oppidum *Slerana* obſervabat Barr.

279. Thymbra legitima *Cluſ. Hiſt. 358. Raii Hiſt. 519.* Thymum Creticum Ponæ, venticillatum *Barr. Icon. 898. Pon. Bald. Ital. 104.*

280. Thymbra Hiſpanica, Coridis folio *Inſt. R. Herb 197.* Thymum anguſto longiorique folio; An Serpillum Zygis Theophraſt. *Barr. Icon. 777.* Serpillum ſylveſtræ, Zygis Dioſcoridis *Cluſ. Hiſt. 358. Raii Hiſt. 523.* Regni Valentini indigena eſt.

281. Thymbra ſpicata, verior, Hiſpanica *Barr. Icon. 1230.* Hyſſopum montanum, Macedonicum, Valerandi Dourez *I. B. 3. part. 2. 276.* Surculoſa eſt lignoſa, ſeſquipalmaris, recta, quadrata, rubeſcens, læviter hirſuta, per intervalla nodoſa, imâ ſui parte ramulos edente teneros, oppoſitos, Thymbræ foliis veſtitos triente unciæ vix longioribus, quæ ciliaribus pilis per oras hiſpida obſcurè virentes deſinunt iidem in breves florum ſpicas verticillatas. In ſurculis majoribus folia majora, uncialia, duas lineas lata, ciliaribus pilis deſtituta, acuta, mollia, atrovirentia; minora verò quæ ſpicam glumoſam conſtituunt ſeſcunciâ longam & ſemunciâ craſſam, ciliaribus pilis hirceſcunt & verticillatim diſponuntur. Ex eorum alis flores purpurei emergunt. Acuti eſt odoris & acerrimi ſaporis.

282. Lavandula multifido folio *Barr. Icon. 798. Cluſ. Hiſt. 345. & Raii Hiſt. 513.* Lavandula folio diſſecto *C. B. Pin. 216. La Lavande a feuille découpée.* In limitibus Regni Valentini paulò infra locum vulgò dictum *La Venta del Campillo*, ſupra *Origualam* reperiebat Barr.

283. Lavandula folio ſerrato. *Barr. Icon. 797.* Lavandula foliis crenatis *Inſt. R. Herb. 198.* Stæchas folio ſerrato *C. B. Pin 216. & Raii Hiſt. 514.* In Piceni collibus frequens. Lavandulæ vires vide in Hiſt. Raii l. c.

284. Verbena Lamii folio *Barr. Icon. 1146.* Verbena Urticæfolia, Canadenſis *H. R. Par. Raii Hiſt. 536.* Quauh Chian *Hernand. 399. La Verveine de Canada à feuille d'Ortie.*

285. Verbena nodiflora, capite oblongo, ſeu Verbenaca nodiflora Imperati *Barr. Icon. 855. Imp. 673.* Verbena nodiflora *C. B. Pin. 269. Prodr. 125. & Raii Hiſt. 536.* Planta eſt ſui generis. Icon. Barr. ex Imp. l. c. In Regno Valentino Valentiam inter & mare, loco dicto *là decà*, creſcit.

286. Verbena nodiflora, Cretica, Julo longiore *Barr. Icon. 854.* Hæc à præcedenti diſtinguitur ramis firmioribus, Juliſque longioribus & nutantibus. Ex Candiâ ramus depictus ad Barrelierum miſſus.

287. Verbena Indica, Myuros *Barr. Icon. 853* Verbena Indica *Bont. Hiſt. 150. Raii Hiſt. 536.* Icon. Barr. ex Bont. l. c. Verbenæ vires vide in Hiſt. Raii l. c.

288. Stæchas Arabica, caule folioſo, flore albo, Hiſpanica *Barr. Icon. 301.* Varietas Stæchados purpureæ.

289. Cataria Hiſpanica, Betonicæ folio anguſtiori, flore cæruleo *Inſt. R. Herb. 202.* Nepetha montana, purpurea, major, ſparsâ ſpicâ *Barr. Icon. 601. & Bocc. Muſ. part. 2. 46. Tab. 36.* Mentha Cataria, latifolia *C. B. Pin. 228. & Raii Hiſt. 549. Cataire d'Eſpagne.* In monte *Seuſe* ſupra Vapincum nobis occurrit.

290. Cataria Hiſpanica, ſupina, Betonicæ folio, tuberoſâ radice *Inſt. R. Herb. 202.* Nepetha tuberoſa, violacea, ſpicata, minor, Hiſpanica *Barr. Icon. 602.* Menthaſtrum iij, tuberoſâ radice *Cluſ. Hiſt. xxxiij.*

291. Cataria Luſitanica, erecta, Betonicæ folio, tuberoſâ radice *Inſt. R. Herb. 202.* Nepetha tuberoſa, ſpicata, purpurea, Hiſpanica *Barr. Icon. 1131. & Bocc. Muſ. part. 2. 44. Tab. 36.*

292 Cataria Luſitanica, Betonicæ folio, minor, radice fibroſâ *Inſt. R. Herb. 202.* Nepetha ſaxatilis, cærulea, minima, Hiſpanica *Barr. Icon. 736.*

&

Digitized by Google

& Bocc. Muſ. part. 2. 46. Tab. 36. Pedalis eſt Planta è rupium fiſſuris erumpens, cujus prima folia ſunt ſubrotunda, ſinuata, in ambitu parum crenata, ſuperiora oblonga, acutiora & magis ſinuóſa. Caulis quadratus, pallidè virens, foliis binis ex adverſo naſcentibus veſtitus, ramoſus, ramis in ſpicam ex foliis & verticillis florum conflatam deſinentibus. Flores ſunt cærulei. Tota Planta odore gravi prædita eſt, & ad Moldavicam accedenti.

293. Cataria minor, Alpina *Inſt. R. Herb. 202.* Nepetha anguſtifolia, minor, Hiſpanica *Barr. Icon. 735.* Nepetha anguſtifolia, minor, Hiſpanica & Italica *Bocc. Muſ. part. 2. 75. Tab. 61.* Mentha Cataria, minor Alpina *C. B. Pin. 228. & Prodr. 110. La Cataire des Alpes.* In Monte Ventoſo prope Avenionem frequens. Catariæ vires vide in Hiſt. Raii 549.

294. Betonica Alpina, incana, purpurea *Barr. Icon. 340.* Vulgarem foliorum formâ repræſentat, niſi quòd illa latiora amplioraque ſint, & densâ incanâque lanugine pubeant. Flores edit pariter purpureos, ſed in ſpicam craſſiorem congeſtos. In monte *la Bouvine* dicto, ſupra Cœnobium majoris Carthuſiæ obſervavit Barr.

295. Betonica montana, lutea *Barr. Icon. 339.* Betonica montana, lutea, latifolia *Bocc. Muſ. part. 2. 82. Tab. 72.* Horminum Alpinum, luteum, Betonicæ ſpicâ *Raii Hiſt. 547.* Folia huic quàm vulgari latiora, magis ſubrotunda, villoſa, incanâ densâque lanugine pubentia. Caules ſimiliter pubeſcunt & ſuſtinent ſpicam florum è luteo-pallidorum, quam in vulgari breviorem, ſed craſſiorem. In Apenninis montibus invenit Barr. nos ſupra Cœnobium majoris Carthuſiæ. Betonicæ vires vide in Hiſt. Raii 551.

296. Ocimum majus, vulgare *Barr. Icon. 1064.* Ocimum Caryophillatum, majus *C. B. Pin. 226.* Baſilica major *Trag. Hiſt. 31. Le Baſilic ordinaire.* Pedale eſt ramoſum, foliis veſtitum utrinque acutis, oblongis, ſeſcunciâ plus minuſve latis, infrequenter ſerratis, colore è viridi pallentibus. Flores albi, è ſpicis ſemipalmaribus ſatis remiſſis erumpentes. Variat colore viridi, interdum atrorubente. Porrò aliàs glabrum, aliàs hirſutum. Icon. Barr. ex Trag. l. c. Vires vide in Hiſt. Raii 541.

297. Ocimum majus *Barr. Icon. 1071. & Cam. Epit. 308.* Folia edit oblonga, Amaranthi aut Citrii æmula, tres uncias circiter longa, duas lata, craſſa, pinguia, humida, rugoſa, ſinuoſa, lævia, pallidè virentia, ſplendida, leviter ſerrata, ſtatimque caulem in orbem ambientia denſo exortu ac velut umbraculum imitantia, rariùs per caulem ſparſa, ſed potius in imo collecta & expanſa. Caulis vix palmo altior, ſpicis ferè palmaribus, flagelli in modum diſpoſitis, digitum craſſis & hirſutis ſtipatus. Flos albidus, quandòque purpuraſcens. Odor totius plantæ ad Citreum accedit. Sæpiùs viret, rariùs purpuraſcit.

298. Ocimum majus, bullatum *Barr. Icon. 1702.* Ocimum viride, foliis bullatis *C. B. Pin. 225.* Superiori ſimile eſt, ſed folia huic paulò longiora, latiora, bullata, rugis profundis ſulcata, ſurſum convexa, infernè concava, ac veluti criſpata, uncias tres lata, & ſeptem longa. Caulis & odor qualis ſuperiori. In hortis Romanis colebatur. *Barr.*

299. Ocimum majus, Criſpum, obtusè ſerratum *Barr. Icon. 1053.* Ocimum maximum, latifolium, maculatum *C. B. Pin. 225.* A ſuperioribus diſtingunt folia profundè ſerrata, criſpa & plerumque maculata; à ſequenti folia rotundiora & minus profundè inciſa; ſpicæ autem longiores ſunt.

300. Ocimum majus, criſpum, laciniatum *Barr. Icon. 1054.* Ocimum foliorum fimbriis ad Endiviam accedentibus, maximum *H. L. Bat. Le Baſilic*

à

Digitized by Google

à feuilles de Chêne. Ex radice albâ, ſatis craſsâ, fibris plurimis capillatâ aſſurgit caulis quadratus, pedalis, foliis onuſtus variè ſparſis, duas treſve uncias latis, tres aut quatuor uncias longis, altiùs ſerratis & inciſis, dentatis, oris ſecundùm longitudinem circumvolutis, Cymbæ in modum complicatis & excavatis, criſpis, rugoſis & quaſi verrucoſis, acutis & è viridi obſcurè nitentibus. E foliorum alis & extremis ramis per genicula exeunt ſpicæ palmares rarioribus & laxioribus verticillorum ordinibus compoſitæ. Flores albi; ſemen ut in aliis.

301. Ocimum majus, criſpum, profundè ſerratum, maculatum, oblongâ ſpicâ *Barr. Icon. 1065.* Ocimum Indicum *Cluſ. Hiſt. 350.* A ſuperiori diſcrepat foliis nec ita criſpis, rugoſis, & verrucoſis, ſed atropurpureâ maculâ conſperſis. Icon. Barr. ex Cluſ. l. c.

302. Ocimum majus, criſpum profundè ſerratum, verrucoſum, brevi congeſtâque ſpicâ, ſubrubens *Barr. Icon. 1066. Mor. Hiſt. Oxon. part. 3. 406. Tab. 20. ſect. 11.* Hujus duplex varietas obſervatur maculati & non maculati. Maculatum caules & ſpicas fert purpuraſcentes; non maculatum verò virides. Utriuſque caulis vix pedalis, ramoſus, rarioribus veſtitus foliis oblongis, obtuſiùs acutis, omninò criſpis, velut in globum vel bullam convolutis, in ambitu profundè inciſis, ſurſum deorſumque complicatis, longo infirmoque innixis pediculo. Spicæ breves & conglobatæ. Flos albus. Odor ejus aliis perſimilis. Variat quandòque foliis brevioribus, & minus profundè inciſis & ſerratis. Romæ ob elegantiam Fœminam dicunt.

303. Ocimum majus, criſpum, leviter ſerratum, verrucoſum; brevi congeſtâque ſpicâ, viride *Barr. Icon. 1063. & Mor. Hiſt. Oxon. part. 3. 406.* Huic folia nonnihil longiora, læviùs ſerrata, & virentia. Florum Calyces hirſuti, & quatuor veluti dentibus ſerrati.

304. Ocimum medium, vulgare *Barr. Icon. 1655.* Ocimum vulgatius *C. B. Pin. 225.* Folia edit è viridi albentia, nitentia, craſſiuſcula, leviùs vel profundiùs ſerrata Magnitudinem eorum habes in Icone expreſſam. Flos albus, ſpica verò viridis.

305. Ocimum medium, rubrum *Barr. Icon. 1057.* Superiori conſimile, ſed majus & pedale. Folia nonnihil majora, magis ſerrata, rugoſa, inæqualia, unà cum caule & ſpicis hiſpidis ex atro purpuraſcunt virentque. Flores rubent.

306. Ocimum medium, non ſerratum *Barr. Icon. 1056.* Foliis tantùm non ſerratis à præcedentibus diſcrepat. Modò viret, modò ex atro purpuraſcit

307. Ocimum medium, folio breviori, ſerrato *Barr. Icon. 1056.* Folia huic ſubrotunda, acuminata, ſed breviora.

208. Ocimum medium, acuto & verrucoſo folio *Barr. Icon. 1058.* Majora illi folia, ſubrotunda & in oblongum acumen deſinentia, duas uncias longa, ſeſcunciam lata, nonnihil criſpantia, verrucoſa & lætè virentia. Flores albi in brevibus ſpicis congeſti. Dodrantalis eſt planta, cujus hic ramum damus. Variat quoque foliis, caule, ſpicis floribuſque purpuraſcentibus.

309. Ocimum medium, criſpo & verrucoſo folio *Barr. Icon. 1058.* Foliis eſt rotundioribus, minus acutè acuminatis, leviter ſerratis, magis criſpis, verrucoſis, rugoſis, bullatis, quæ maculis variant atropurpureis, inæqualiter & ſine ordine utrinque penetrantibus. Caules, ſpicæ & flores purpuraſcunt. Spicæ, quàm in ſuperiori, longiores; rarioribus tamen verticillis conflatæ.

310. Ocimum medium, criſpum, ſerratum. *Barr. Icon. 1060.* Folia fert minora, criſpa, oblonga, utrinque acuta, altiùs ſerrata quàm in Icone exprimitur, quàm in ſuperioribus mediis magis criſpantia, magis convoluta & ita in ſe ſupernè complicata, ut cymbam eleganter effingant.

311. Ocimum minus, vulgare *Barr. Icon. 1069.* Ocimum parvum *Lugd. 681. Le petit Baſilic.* Palmare & dodrantale eſt ramis foliiſque densè luxurians parvis,

vis, vix tres lineas longis, & quatuor latis, utrinque acutis, craſſis, pinguibus, planis, non ſerratis & viridibus. Ramuli in exiles ſpicas abeunt, ſingulas, raris verticillis ac proindè floribus onuſtas. Flores albi, nec majores præcedentibus.

312. Ocimum minus, ſerratum *Barr. Icon. 1067.* Ocimum minimum *J. B. 3. 247. Le petit Baſilic.* Folia huic ſerrata, villoſa; Caules pariter hirſuti. Variat quandóque foliis anguſtioribus.

313. Ocimum minus, rotundifolium, rubrum *Barr. Icon. 1068. Le petit Baſilic violet.* Folio donatur rotundo, quatuor lineas lato, non ſerrato, per oras ſurſum reflexo, criſpo & concavo, è rubro virenti, per ramos crebriore. Flores & ſpicæ rubeſcunt.

314. Ocimum minus, criſpum, ſerratum *Barr. Icon. 1059.* Illi folia majora, ſemunciam ferè lata, paulò longiora, acuta, reflexa, criſpa, in ſe convoluta, in modum calceoli aut ſcaphæ ſubrotundæ complicata, cava, retuſa, profundè ſerrata, ſaturiùs virentia, per ramos confertim naſcentia, & oblongo adnata pediculo. Flores albi, parvi, hinc inde ex incerto raroque verticillorum ordine emergentes. Gravioris & nonnihil camphorati eſt odoris.

315. Ocimum minimum, vulgare, folio acuto *Barr. Icon. 1077.* Ocimum minimum *C. B. Pin. 225.* Glomeratim fruteſcit ad dodrantis altitudinem, dilutéque viret, foliis veſtitum per crebra ramulorum denſiſſimorum genicula binis, oppoſitis, Serpilli vel Amaraci minoris formâ, ſed acutioribus, planis, & carnoſis, non ſerratis.

316. Ocimum minimum, rotundifolium *Barr. Icon. 1075.* Circinnata hujus folia, nonnihil cava & criſpa, minora tamen, tenuiora, per ramos magis congeſta & virentia. Rami, caules & ſpicæ pallidè virent, quandóque atrorubent.

317. Ocimum minimum, criſpum, non ſerratum *Barr. Icon. 1070.* Huic criſpa ſunt folia, concava, acetabuli vel cochlearis formâ, oris integris & nonnihil complicatis, ſubrotunda, variè circa ramos contorta, & pediculis criſpantibus annexa. Tota planta viret, ſplendetque non pallido, ſed obſcuriori nitore. Flores albi. Odor ejus nonnihil gravis.

Ocimorum haſce varietates eleganter expreſſit Barr.

318. Chamædrys fruticoſa, Cretica purpureo flore *Inſt. R. Herb. 205.* Teucrium fruticans, incanum, Creticum, flore purpureo *Barr. Icon. 896.* Teucrium Creticum *Cluſ. Hiſt. 348.*

319. Chamædrys multifida, ſpinoſa, odorata *V. Luſit.* Scordium ſpinoſum, odoratum, annuum *Barr. Icon. 202.* Scordium ſpinoſum, odoratum *Corn. 123.* Icon. Barr. ex Corn. l. c.

320. Polium montanum, luteum, ſupinum, capite oblongo *Barr. Icon. 1082.* Polium montanum *iij. Cluſ. Hiſt. 361.* Tota planta tomentoſa eſt & incana; folia per oras ſerrata, plana, & latiora quàm in aliis ſpeciebus; coma florum oblonga, lutea. Flores pariter lutei. Varietas eſt Polii montani lutei C. B. Pin. 220. Vires vide in Hiſt. Raii. 524. In Regno Valentino reperiebat Barr.

321. Polium montanum, luteum, tomentoſum, daſyphillum, ſerratum. *Barr. Icon. 1073.* Ceſpitoſa eſt planta, ſupina, gnaphalodes ſeu tomentoſa, ramoſa, denſâ circa radices lanugine è pallido albicans, ramoſque ſubinde emittens quatuor uncias altos, denſis crebriſque veſtitos foliis longis, anguſtis, ſerratis, denſâ mollique lanugine hiſpidis, adeoque denſis ut ſibi cohærere folia videantur. Neque enim tantum ſummis caulium inſident corymbi:

E Sed

Sed ex lateralibus ſurculorum internodiis & ex foliorum latiorum alis corymbi lutei emergunt quos pictor foliis merſit.

322. Polium montanum, luteum, ſerratis, anguſtioribus, incanis foliis. *Barr. Icon. 1089.* Cauliculos edit incanos, firmos, lignoſos, incanâ lanugine pubeſcentes, primùm procumbentes, ſubinde repandos humique radices agunt & foliis per intervalla ſatis laxa binis ex adverſo naſcentibus ab imo ad ſummum veſtiuntur, incanis, anguſtis, ſerratis ſeu crenatis, & anguſtioribus quàm in ſequenti. In extremo comam ferunt luteam, rotundam & lanuginoſam. In regno Valentino frequens eſt.

323. Polium montanum, luteum, ſerratis Amaraci foliis, comâ ſubluteâ *Barr. Icon. 1088.* Polium Hiſpanicum, luteum, Majoranæ foliis *Inſt. R. Herb. 207.* Cauliculis nititur firmioribus, luteâ lanugine pubentibus, quibus, latiora per intervalla, folia bina ex adverſo poſita & decuſſatim ordinata hærent ſubrotunda, & Amaraci aut Majoranæ formâ ac magnitudine, in ſummo caule majora triplò quàm in exortu, ubi vix Thymi magnitudinem attingunt, per oras crenata; plana, rugoſa, venoſa Chamœdryos inſtar, incanâ pubentia lanugine & ſubvirentia. Summo ex cacumine quod frondoſum eſt craſſum & luteum, exeunt florum comæ pariter luteæ, quas proximè involvunt calycis modò folia luteſcentia. Odor ejus gravis, non ingratus; ſapor tamen ingratus & amariſſimus. Circum *Alcaras* in montibus creſcit.

324. Polium marinum, daſyphyllum, Gnaphalodes, flore albo *Barr. Icon. 1047.* Polium maritimum, erectum, Monſpeliacum *C. B. Pin. 221.* Denſo humilique eſt ſtipite, ramis erectis, albâ denſâque lanugine pubentibus; foliis latioribus Polio montano albo vulgari. In maritimis Regni Valentini juxta Valentiam, in Galliâ Narbonenſi ad radicem montis Ceti, & in littore quod Terracinâ ducit Circæum obſervavit Barr.

325. Polium montanum, album, ſerratum, latifolium, erectum majus. *Barr. Icon. 1079.* Multiflorum eſt & ramoſum; lateque per ramos ſparſi comæ Corymbi, magis tamen conglobati, compacti minoreſque quàm in ſequentibus.

326. Polium montanum, album, ſerratum, latifolium, ſupinum, majus *Barr. Icon. 1074.* Supinum eſt, Corymbiſque majoribus quàm in ſuperiori. In Hiſpaniâ, Italiâ & Galliâ Narbonenſi frequens.

327. Polium montanum, Hiſpanicum, non crenatum, flore albo *Barr. Icon. 1049.* Folia huic nonnihil anguſtiora, ſed oris eſt integris & non ſerratis.

328. Polium montanum, erectum, crenatum, anguſtifolium flore albo *Barr. Icon. 1050.* Foliis crenatis, comâ florum ampliore, & floribus majoribus à ſuperiore diſtinguitur.

329. Polium montanum, album, ſerratum, latifolium, ſupinum, minus *Barr. Icon. 1078.* Cauliculis eſt ſupinis & radices humi agentibus. Folia anguſtiora, quàm in *montano, ſupino, majore.* Corymbi florum ampliores quàm in *latifolio erecto*, & per extrema ramorum ſparſi.

330. Polium montanum, album, anguſtifolium, ſerratum, ſupinum, minus *Barr. Icon. 1091.* Humi procumbit repandis ſurculis; folia fert parva, anguſta, ſerrata, vix quartam unciæ partem longa, lineam unam aut alteram lata.

331. Polium Valentinum, fruticoſum, anguſtifolium, flore albo *Barr. Icon. 1048.* Tenuiſſimis ſed firmis, ramoſis, erectis, incanis nititur cauliculis quos tenuia, anguſta, albidâ lanugine pubentia, ſerrata ſimulque congeſta veſtiunt folia. Extrema ramulorum & caulium deſinunt in capitulum conglobatum, albicans, parvum, floribus decoratum parvis, & albis. Eleganter fruticat palmaris & ſeſquipalmaris, Planta ſurrecta tota. In Valentini Regni loco dicto *La deçà* provenit.

332. Polium ſurrectum, majus, anguſtifolium, ſerratum, incanum, tomen-
toſum

Digitized by Google

toſum *Barr. Icon. 1096.* Lignosâ è radice in palmares, pedales, tomento caneſcentes aſſurgit cauliculos denſis foliis Laricis vel Stoechados Arabicæ in modum turmatim diſpoſitis, anguſtis vix ſextam unciæ partem latis, brevibus pariter, utrinque crenatis & ſupernè convolutis ac candicantibus. Acerrimi eſt odoris.

333. Polium montanum, album, non ſerratum, longis anguſtiſque foliis caneſcentibus *Barr. Icon. 1080.* Polium Hiſpanicum, Linariæ caneſcentibus foliis, flore albo *Inſt. R. Herb. 207.* Præanguſta & ſemunciam longa huic folia, nec crenata, incanâ lanugine, unà cum ramis erectis pubentia. Coma rotunda, ampla & alba.

334. Polium montanum, album, non ſerratum, viride, longis anguſtiſque foliis, caule incano *Barr. Icon. 1081.* Polium Hiſpanicum, Linariæ foliis brevioribus, flore albo *Inſt. R. Herb. 207.* Surrectis & firmis donatur ſurculis incanâ lanugine pubentibus; foliis anguſtis & Roriſmarini, ſed longè minoribus, quàm in ſuperiori brevioribus, paulò latioribus, integris, virentibus, nec ſerratis. Coma in ſummo corymbacea & globoſa. Radix lignoſa, fibris hinc inde propendentibus. In præcelſis montibus Carthuſiæ cui nomen à *Porta Cœli*, Boream verſus, quatuor leucis ab urbe Valentiâ invenit Barr.

335. Polium montanum, majus, erectum, Roriſmarini folio, flore rubro *Barr. Icon. 1090.* Polium Hiſpanicum, maritimum, fruteſcens, Roriſmarini folio, flore rubro *Inſt. R. Herb. 207.* Hoc ſequentium maximum, è radice ſatis craſsâ & lignosâ plures caules ramoſi, firmi, lignoſi, tomentoſi & incani, recti aſſurgunt: denſis, (Pictor rarioribus pinxit, ut operi parceret) Roriſmarini foliis, ſed brevioribus, anguſtioribus & magis incanis lanuginoſiſque, dodrantem unciæ longis, lineam latis, Pinaſtri modo veſtiuntur. Horum ſingula extrema in florum purpureorum globosè & densè congeſtorum Corymbum deſinunt. Odore eſt gravi, guſtu acri & amaro. Circa initia Januarii, mediâ viâ ab oppido *Montfort* ad oppidum *Elda*, in colle ſabuloſo ante deſcenſum ad planitiem *florebo* dictam in Hiſpaniis occurrebat Barr.

336. Polium montanum, pumilum, rubrum, viride, Stoechados folio, caule tomentoſo *Barr. Icon. 1092.* Polium Hiſpanicum, montanum, pumilum, Roriſmarini folio, flore rubro *Inſt. R. Herb. 207.* Elegantiſſima hæc ſpecies vix Icone major, è ſingulari radice lignosâ & nonnullis fibris à lateribus capillata in pumilum fruticem ſtatim ſurgit ramoſum, incano denſoque bombice tumentem, firmum foliiſque veſtitum denſis, compreſſis, arrectis, viridibus, Stoechados Arabicæ formâ, ſupernè virentibus, infernè caneſcentibus, Pini in modum congeſtis. Cauliculi & ramuli in thyrſum ſubrotundum florum carneorum densè & glomeratim congeſtorum deſinunt. Pictor ſupremos ramos in ſe nonnihil inflexos, caulesque bombace niveo tumentes, foliis denſis tectos non ſatis expreſſit. Odore eſt præditum ſuaviore quàm *Polium vulgare luteum.*

337. Polium montanum, pumilum, anguſto, viridique folio, caule incano *Barr. Icon. 1093.* Fruticulus eſt Thymi modo lignoſus & ceſpitoſus. E radice ſatis lignosâ, mediocriter craſsâ & longâ, fibris capillatâ & ſubruſâ in pluresque alias diviſâ ſurculi plures exoriuntur ramoſi, tortuoſi, tenui tomento albicantes, juxta radicem foliis minùs caneſcentibus, ſordidioribus veſtitis ſuperioribus verò denſis, binis & ex adverſo oppoſitis ut in aliis, anguſtiſſimis, ſemunciam longis quæ longiſſima, non crenatis & ſupernè læto virore nitentibus. Singuli ſurculi in rotundam florum è dilutâ purpurâ jucundè rubentium comam deſinunt, multâ lanugine hiſpidis farctiſque florum calycibus, & quandoque in papulas vermiculo fœtas tumentibus. Odore grato & ſapore amaricante præditum eſt In montibus Carthuſiæ à *Porta Cœli* infra Valentiam provenit.

338. Polium montanum, Gnaphalodes, incanum, flore rubro, ſupinum

 Barr.

Barr. Icon. 1083. Polium montanum, 1. purpureo flore, V. *Cluſ. Hiſt. 362.* Supina eſt Plantula, cujus ramuli ſunt repandi, vix duas uncias alti, tomento denſo & holoſerico tecti, folia *vulgari albo* ſimilia, crenata, densè & confertim naſcentia, incana, mollia & lanuginoſa. Florum lætè rubentium Corymbi ex foliorum alis ſecundùm cauliculorum longitudinem & in extremis ramulorum enaſcuntur, quod huic peculiare eſt. Pictor macilentiores, glabrioreſque fecit caules. Creſcit in Caſtiliæ novæ provinciâ *la Mancha* dictâ, in deſerto arido inter locum vocatum *el Poſico* & *Chinchillo* oppidum. Necnon in Regni Valentini montibus præſertim juxta Villam Divi Petri, Monaſterii Ord. FF. Prædicatorum.

339. Polium ſaxatile, pumilum, ſerratum, ſupinum, incanum, flore rubello *Barr. Icon. 1098.* E fiſſuris rupium ceſpitat, denſis, ſupinis, tortuoſis, lignoſis, brevibus, imâ parte rufeſcentibus, ſupernâ incanis veſtitum foliis, ramulis variè ſibi complexis & in alios diviſis capitat fruteſcens, vix tres uncias altum. Ramulis annectuntur folia ſatis crebra, majora alia latioraque, alia minora & anguſtiora, omnia tamen crenata, ſerrata, & anguſtiora potius quàm latiora. Ramorum ſummitates paucos flores ferunt in brevem parvamque comam & purpuraſcentem collectos. Radix lignoſa & tortuoſa ſaxiſque demerſa. Suaviſſimo flagrat odore, ſapore autem donatur amariuſculo. E rupibus montium Regni Valentini, in deſerto Murrhenſi erumpit.

340. Polium minus, erectum, anguſtis, crenatis brevibuſque foliis, flore rubro *Barr. Icon. 1099.* Radix hujus lignoſa, teres, paucis fibris capillata, ſubrufa, nonnihil tortuoſa lignoſaque, è cujus ſummo plures erecti, lignoſi, incani ſurgunt ramuli vix ſeſcunciales, quibus anguſtiſſima breviſſimaque, & vix ſeſquilineâ longiora, denſa ſatis & erecta hærent folia, crenata & incana. Flores in ſummo globoſam in comam congeſti & rubelli. Iiſdem locis occurrebat ac ſuperius. Idem fermè ſapor & odor.

341. Polium ſurrectum, minus, anguſtifolium, ſerratum, è viridi caneſcens *Barr. Icon. 1097.* E rupium fiſſuris pariter erumpit, & è lignoſâ radice plures emittit ſurculos denſiſſimis foliis & crebris, crenatis, & quàm in ſuperiori paulò longioribus, ſerratis, oris convolutis veſtitos. Huic folia cauleſque non ita caneſcunt ut ſuperiori, cui tamen congener & ſimile eſt. Folia majora ad rubrum nonnihil vergunt. Flores illi quoque rubelli.

342. Polium ſaxatile, purpureum, ſerrato Serpilli folio *Barr. Icon. 1061.* Hæc elegans ſpecies folia edit ſerrata, craſſa, villoſa, incana, & crenata; è rupium rimâ ſparſis ſupiniſque viticulis Serpilli more pendens, vel ſaxis incumbens. Viticulorum extremis capitella craſſa pro plantæ magnitudine hærent. Flores lætè & ex albo rubent. Folia ſupernè virent, infernè tomentoſa, albida & ſerrata, quod non ſatis expreſſit Pictor. E Regno Valentino oriundum ut & ſequentia.

343. Polium ſaxatile, purpureum, non Serrato ſerpilli folio, preſſiori comâ *Barr. Icon. 1087.* Polium Hiſpanicum, Serpilli folio, flore purpuraſcente *Inſt. R. Herb. 270.* Folia huic Serpilli, nuſquam crenata. Florum capitella parva anguſtiora, ſurſum arrecta & compreſſa. Flores minores, pauciores & ſimiliter rubentes. Ortu, habitu, natalibus, &c. ſuperiori convenit.

344. Polium ſaxatile, minimum, Thymi folio, carneo flore *Barr. Icon. 1062.* Polium Hiſpanicum, Thymi folio, purpuraſcente flore *Inſt. R. Herb. 207.* Folia hujus minora, ſupernè virentia, infernè albicantia, brevioribus, ſupinis & ſubinde erectis viticulis lignoſis, pediculo latiuſculo alligata. Flores carnei in breve capitellum ſunt congeſti.

345. Polium ſaxatile, purpureum, Chamædryoides, amplâ comâ *Barr. Icon. 1086. & Bocc. Muſ. part. 2. 75. Tab. 61.* Supina eſt planta è rupium commiſſuris, lignoſâ prorumpens radice, ſaxa lætè veſtiens, albi, viridis & purpurei coloris varietate elegans. Viticulos tenues, lignoſos edit folia pariter juxta exortum minora, & Thymo paria, ſed ſerrata, ſenſim majora & latiora quò altiùs

Digitized by Google

altiùs ſurgunt, Chamædryos formâ, minora tamen & breviora, omnia ſupernè viridia, infernè albicantia. Corymbus florum magnus pro plantæ modo; Flores rubent.

346. Polium ſaxatile, Chamædryoides, rotundiori folio, ſupinum, rubrum *Barr. Icon. 1095. & Bocc. Muſ. part. 2. 76. Tab. 62.* Polium Hiſpanicum, Chamædryos folio, purpuraſcente flore *Inſt. R. Herb. 206.* E ſaxorum rimis pendet ſarmentis tenuibus, ramoſis & longis. Folia ejus majora quàm in præcedenti, profundiùs ſerrata, in exortu rotundiora, in progreſſu ſenſim oblongiora & obtusè acuminata, Chamædryos foliis non abſimilia, ſed rotundiora, densâ ſerie & alatim per ramos diſpoſita, ſupernè virentia, infernè caneſcentia Florum Corymbi minores laxioreſque ſunt, quàm in præcedenti. Flores obſcuriùs purpuraſcunt. Sapor non tam amarus. Junio florebat in deſerto Murrhenſi, & Montibus altiſſimis, non longè à Mari, & à Cœnobio Eremitarum Divi Hieronymi in Regno Valentino.

347. Polium ſaxatile, Chamædryoides, oblongo folio, rubro exiguo flore *Barr. Icon. 1094.* In longos, ramoſos, flexuoſos, ſupinos, incanâ lanugine hiſpidos ſpargitur viticellos foliis veſtitos, quàm in utroque præcedenti, longioribus, anguſtioribus, ad Chamædryos folia magis accedentibus, ſubtus incanis, ſupernè læte virentibus, minus densè per caulem poſitis. Florum capitella brevia, minora & compreſſa, quæ pictor non expreſſit Flores rubent. Color, odor & ſapor idem qui aliis. Eodem loco ac ſuperius occurrebat.

Has elegantes Poliorum ſpecies recenſent Turnefortius in Inſt. R. Herb. l. c. & Moriſſonus in Hiſt. Oxonienſ. par. 3. 355 & 356.

348. Teucrium cæſio & amplo Roriſmarini flore, Bœticum Cluſio *Barr. Icon. 512.* Teucrium Bœticum *Cluſ. Hiſp. 229. Hiſt. 348. & Raii Hiſt. 526.* In Italiâ juxta Terracinæ portum frequens.

349. Bugula *Dod. Pempt. 135.* Bugla media, flore cæruleo *Barr. Icon. 338. La Bugle.* Vires vide in Hiſt. Raii 575.

350. Bugula minima, glabra, flore cæruleo. Bugla minima, glabra, flore azureo *Barr. Icon. 337.* Hujus deſcriptionem non invenio in ſcriptis Barr.

Sequentes plantæ imperfectiores ſunt quàm ut poſſint ad ſua genera reduci. Ex plantâ ſiccâ floribuſque deſtitutâ delineavit Barr.

351. Tragoriganum comoſum, ſeu criſpis & capillaribus foliis, Hiſpanicum *Barr. Icon. 772.* Tragoriganum brevi circinnato folio *Bocc. Muſ. part. 2. 163. Tab. 124.*

352. Marum tenuifolium, Thymi facie, Hiſpanicum *Barr. Icon. 771.*

353. Marum Sampſuchi folio, Hiſpanicum *Barr. Icon. 1224.*

354. Marum Hiſpanicum, nigrum, flore purpureo, Piperella Hiſpanis *Barr. Icon. 694.* Marum Hiſpanicum, nigrum *Bocc. Muſ. part. 2. 166. Tab. 117* Piperellam vocant, quòd diutiùs odorem ſuum gravem ſervet. In Regni Valentini aridis Valentiam inter & Aioram urbes Maio, Junio menſibus cum flore reperiebat Barr.

355. Marum nigrum, Hiſpanicum, flore purpureo, minor planta *Barr. Icon. 1223.*

356. Marum album, Hiſpanicum, minus, Dorychnii folio *Barr. Icon. 693.* Palmares edit ſurculos, foliis Thymi vel potius *Dorychnii Monſpeliaci*, incanis,

Digitized by Google

nis, mollique lanugine caneſcentibus veſtitos. Flores verticillatim & ſpicatim ſummis in ramulis colliguntur. Saporis eſt acris, mordacis & Camphorati.

357. Rapiſtrum maximum, μονοσπερμὸν, gemmâ luteâ flore niveo *Barr. Icon. 387.* Rapiſtrum maximum, rotundifolium, monoſpermon *Corn. 147.* Icon. Barr. ex Corn. l. c.

358. Myagrum ſupinum, album, Erucæ foliis *Barr. Icon. 1252.* Myagro ſimilis, flore albo *I. B. 2. 895.* Myagrum monoſpermum, minus *C. B. Pin. 109. & Prodr. 52.* In pratis ad Anienis confluentiam in Tyberim, viâ quâ itur ad Pontem Salarium provenit.

359. Thlaſpi cordatum, minus, flore albo, inſipidum *Barr. Icon. 815.* Thlaſpi arvenſe, perfoliatum, majus *C. B. Pin. 106. & Raii Hiſt. 832.* Frequens per Galliam.

360. Thlaſpi Alſines Teucrioidis folio, cordato pericarpio. *Barr. Icon. 1015.* Varietatem hanc cum ſuperiori Romæ obſervabat Barr.

361. Thlaſpi ſupinum, minus, flore albicante *Barr. Icon. 894. n. 11.* Thlaſpi Allium redolens *Mor. Hiſt. Oxon. part. 2. 297.* Scorodothlaſpi Uliſſis Aldrovandi *I. B. 2. 932. & Raii Hiſt. 834.*

362. Thlaſpi montanum pingui folio, carneo flore, planâ & cordatâ ſiliquâ Gualdi *Barr. Icon. 845.* Thlaſpi parvum, ſaxatile, flore rubente *C. B. Pin. 107. Raii Hiſt. 833.* In Monte Capouladon circa Monſpelium, & circa Gratianopolim in deſerto R. P. Auguſtianorum provenit.

363. Thlaſpi flore albo, ſiliquâ triangulari, crenatâ *Barr. Icon. 846. & Bocc. Muſ. part. 2. 79. Tab. 70.* Hujus deſcriptionem non invenio in ſcriptis Barr.

364. Thlaſpi fructicoſum, ſempervirens, albo Cretici flore *Barr. Icon. 734.* Thlaſpi Creticum, perenne, flore albo *Barr. Icon. 214. n. ij.* Thlaſpi montanum, ſempervirens *C. B. Pin. 106.* Humilis eſt frutex frequentibus ab ipſâ radice virgultis lignoſis, ramoſis, denſum in ceſpitem ſe erigens, quem alterna raraque veſtiunt folia oblonga, anguſta, in extremo rotunda, glabra, carnoſa, medio nervo ſulcata, nitide virentia. Extremos ramos comant umbellæ è multis floribus candidis congeſtis quales in *Thlaſpi Cretico*, ſed minores, compactæ, quæ ſenſim in ſpicam attolluntur. Singulis porrò in umbellis flores ſupra viginti numerantur, tetrapetali, ad marginem majores, petalis tamen inæqualibus conſtantes, quorum duo majora ſeu exteriora, interiora duo ſextuplo minora ſunt. Floribus ſuccedunt pericarpia ovata, mucronata, rarò maturantia. Semper viret: ſub initia Februarii flores edit, qui ad finem Junii durant. Elegans hæc planta vix palmo altior latè procumbentibus viminibus ſtipatur.

365. Thlaſpi montanum, ſerrato Cepeæ folio, flore purpuraſcente, umbellato *Barr. Icon. 848.* Thlaſpi Alpinum, folio rotundiore, carnoſo, purpuraſcente flore *Inſt. R. Herb. 212.* Radicem habet longam & craſſiuſculam ex quâ plures erumpunt ſurculi rotundi, carnoſi, ſupini & poſtea repandi ac ſurrecti foliis veſtiti alternis craſſis, ſucculentis, crenatis & *Cepeæ* formâ. Flores purpuraſcentes atque in umbellam diſpoſiti ſumma cauliculorum obtinent; floribus ſuccedunt pericarpia turbinata. Habes ſeorſim floris fructus & folii magnitudinem, & totius plantæ molem in Icone Barr. Maio florebat in deſerto Carthuſiæ Triſultinæ, & Montibus Appenninorum vicinis. Auguſto menſe nobis occurrit in Monte Ventoſo, & in Montibus Vallis Barſilionenſis.

366. Thlaſpi Creticum, Iberidis folio, flore albo *Barr. Icon. 893. n. 1.* Thlaſpi

Thlaſpi Creticum quibuſdam, flore albo *J. B. 2. 924.* Pictum communicabat Barreliero Eques Corvinus, floreſque ejus ſtaminibus apicibuſque carere aſſerebat. Sequentes ſpecies imperfectæ ſunt.

367. Thlaſpi montanum, Bellidis folio, flore albo *Barr. Icon. 861.* E Carthuſiæ Triſultinæ deſerto duodecim ab urbe Ananiâ milliaribus diſtante, Maio florentem habuit. Si villoſum exprimeretur, referret optimè *Thlaſpi villoſum, capſulis hirſutis C. B. Prodr. 47.*

368. Thlaſpi luteum, σπανιοσπερμόν *Barr. Icon. 899. & Corn. 8.* Icon. Bar. ex Corn. l. c.

369. Thlaſpi Virginianum, flore luteo *Barr. Icon. 843.* Ab Equite Corvino accepit cum ſequenti.

370. Thlaſpi Creticum, montanum, luteum, Leucoii flore *Barr. Icon. 214. n. 1.*

371. Thlaſpi fruticoſum, Leucoii marini minoris folio, flore albo *Barr. Icon. 1306. n. 11. J. B. 2. 931. & Lob. Obſer. 109.* Icon Barr. ex Lobel. l. c.

372. Thlaſpi montanum, album, ſiliquâ haſtatâ, acuto Globulariæ folio *Barr. Icon. 847. & Bocc. Muſ. part. 2. 36. Tab. 64.* In deſerto Carthuſiæ Triſultinæ provenit.

373. Thlaſpi linifolium, erectum, flore albo, turbinato utriculo *Barr. Icon. 849. & Bocc. Muſ. part. 2. 78. Tab. 69.*

374. Naſturtium ſylveſtre Dalechampii *Lugd. 655.* Thlaſpi umbellatum, Naſturtii folio, flore albo *Barr. Icon. 1306. n. 1.* Thlaſpi umbellatum, Naſtutii folio, Monſpeliacum *C. B. Pin. 106. & Raii Hiſt. 835.* Barr. Icon ex Dalech. l. c.

375. Thlaſpidium Monſpelienſe, Hieracii folio hirſuto *Inſt. R. Herb. 214.* Thlaſpi biſcutellatum, Hieracii folio, pallido flore *Barr. Icon. 900.* Thlaſpi clypeatum *Cluſ. Hiſt. cxxxiij. Raii Hiſt. 836.* Leucoium luteum, minus, Hieracii folio *Barr Icon. 1227.* Prior Icon. Bar. ex Cluſ. l. c.

376. Thlaſpidium montanum, umbellatum. Leucoium Alyſſoides, umbellatum, montanum Fabii Columnæ *Barr. Icon. 253. n. 11. Col. part. 1. 286. & Raii Hiſt. 836.* Icon. Barr. ex Col. l. c.

377. Thlaſpidium Apulum, ſpicatum *Inſt. R. Herb. 215.* Jondraba Apula, Alyſſoides ſpicata *Barr. Icon. 253. n. 1. & Col. part. 1. 285.* Barr. Icon ex Col. l. c.

378. Thlaſpidium hirſutum, calyce floris auriculato *Inſt. R. Herb. 214* Jondraba Alyſſoides, ſpicata, lutea, major *Barr. Icon. 1219.* Leucoium montanum, flore pedato *Col. part. 2. 61.* Jondraba Alyſſoides, lutea, anguſtifolia *Barr. Icon. 230.* Prior Icon. Barr. ex Col. l. c.

379. Thlaſpidium montanum, anguſtifolium, glabrum *Inſt. R. Herb. 215.* Jonthlaſpi Alyſſoides, anguſtifolium, luteum *Barr. Icon. 254.* Caules huic palmares & pedales, ſubrubeſcentes, in ſummo ramoſi; folia anguſta oblonga, in extremo obtuſa & latiora, ſcabra, leviterque pilis hiſpida. Flores non vidit Barr. In Montibus Umbriæ & Aprutii provenit.

380. Thlaſpidium Anchuſæ folio *Inſt. R. Herb. 215.* Thlaſpi biſcutellatum, luteum, Anchuſæ folio *Barr. Icon. 841. & Bocc. Muſ. part. 2. 122. Tab. 167.* Foliis donatur *Anchuſæ*, ſurrectis, tres uncias longis, ſextam unciæ partem vix latis, hiſpidis, ſubincanis, è mediocri radice erumpentibus. Ex eorum medio caulis ſurgit rectus, nudus, glaber, teres, tenuis, ſemipalmaris, florum luteorum thyrſum ſuſtinens, quibus evanidis ſuccedunt utriculi gemini, circulares, diſcoſi, plani, ſemen compreſſum & diſcoſum includentes. In Hiſpaniâ creſcit.

381. Cochlearia Aremorica *Barr. Icon. 1305. n. 1. H. R. Par.* Thlaſpi hederaceum

Digitized by Google

raceum. *I. B. 2. 933.* Cochleariæ vires vide in Hiſt. Raii 812. Icon. Barr. ex I. Bauh. l. c.

382. Lepidium humile, incanum, arvenſe *Inſt. R. Herb. 216.* Draba ſeu Arabis latifolia, flore albo *Barr. Icon. 213. n. 1.* Draba anguſtifolia, Babylonica, flore albo *Barr. Icon. 213. n. 2.* Draba multis, flore albo *I. B. 2. 939. & Raii Hiſt. 821.*

383. Burſa Paſtoris montana, Globulariæ folio *Inſt. R. Herb. 216.* Thlaſpi ſubrotundo folio, utriculo gruinali *Barr. Icon. 1305. n. 11.* Thlaſpi foliis Globulariæ *I. B. 2. 926.*

384. Alyſſon fruticoſum, incanum *Inſt. R. Herb. 217.* Thlaſpi incanum, Mechlinienſe Corvini, flore albo *Barr. Icon. 893. n. 11.* Thlaſpi Mechlinienſe *Lob. Icon. 217.*

385. Alyſſon fruticoſum, aculeatum *Inſt. R. Herb. 217.* Thlaſpi ſpinoſum, Hiſpanicum *Barr. Icon. 808.* Thlaſpi fruticoſum, ſpinoſum *C. B. Pin. 108. & Raii Hiſt. 824.*

386. Alyſſon Veronicæ folio *Inſt. R. Herb. 217.* Myagroides ſubrotundis ſerratiſque foliis, flore albo *Barr. Icon. 816.* Draba minima *Col. part. 1. 272.*

387. Alyſſon ſegetum, foliis auriculatis, acutis, fructu majori *Inſt. R. Herb. 217.* Thlaſpi Anglicum, flore albido Corvini *Barr. Icon. 894. n. 1.* Myagrum Turcicum *I. B. 2. 893.*

388. Alyſſon maritimum *Inſt. R. Herb. 217.* Thlaſpi montanum, perenne, flore albo *Barr. Icon. 844.* Thlaſpi leucoii ſylveſtris facie, flore albo *Ejuſd. Icon. 907. n. 1.* Naſturtium vel Thlaſpi maritimum *I. B. 2. 927. & Raii Hiſt. 829.*

389. Alyſſon incanum, Thymi folio, flore albo, Hiſpanicum. Thlaſpi Thymi folio, utriculo ſubrotundo, mucronato, Hiſpanicum *Barr. Icon. 807. & Bocc. Muſ. part. 2. 75. Tab. 62.* Thlaſpi Thymi folio, rotundo utriculo, flore albo *Barr. Icon. 907. n. 11.* Craſſiuſculâ radice, lignoſâ, ſcabrâ, nodoſâ, compactâ, pallidâ, fibris capillatâ nonnullis & brevi; è quâ plures exeunt lignoſi, tortuoſi ſurculi, ramoſi, qui in alterum annum perdurant, novoſque ex ſe emittunt è lateribus ſurculos quos folia parva, oblonga, incana, pubeſcentia, vix Thymo majora ejuſque formâ, præſertim quæ juxta radicem germinant, alterno ſitu veſtiunt. Flores in ſummis cauliculis vix Icone majoribus ſpicatim aſſurgunt exigui, albi, quadrifolii; his ſuccedunt pericarpiola rotunda, mucronata, compreſſa, & bivalvia, quæ ſepto intermedio in duo loculamenta dividuntur, ſemine plano, rufo & rotundo referta. Tota planta caneſcit puſilla, lignoſa & perennis. Hujus plantæ duas damus figuras, primam elatiorem cum pericarpiis, alteram minorem vix floreſcentem. Habet ortum in Hiſpaniâ. Valentiâ Madritum eunti, *Pajoſo* inter & urbem *Rechenu* occurrit.

390. Alyſſon incanum, fruticoſum, erectum, Hiſpanicum. Thlaſpi fruticans, erectum, anguſtifolium, utriculis ſubrotundis, Hiſpanicum *Barr. Icon. 810. & Bocc. Muſ. part. 2. 78. Tab. 67.* Foliis ſuperiori hoc ſimillimum, ſed nonnihil longiuſculis, quæ in cauliculis ſurrectis firmiſque rara & alterna incanâque pubent lanugine. Cauliculi virides, glabri, in ſpicam florum & ſeminum deſinunt. Flores albi, tetrapetali, quibus ſuccedunt utriculi mucronati ſuperiùs concavi, inferiùs convexi, in duo loculamenta ſepto intermedio diviſi, ſemina ut in ſuperiori. Tota fruticat planta incanis

canis

Digitized by Google

canis foliis, lignoſis & ſubvirentibus cauliculis, radice craſſiuſculâ, lignoſâ & ſubfuſcâ; è quâ, cauliculis imis in parte ſuperiore, hyemis frigore corruptis, nova ſequenti anno germina exeunt. In Hiſpaniâ naſcitur.

391. Alyſſon incanum, ſupinum, brevioribus foliis. Thlaſpi ſupinum, minoribus foliis, congener Hiſpanico *Barr. Icon. 809.* Superiori congener & ſimillimum, at non fruticat, ſupinis repandis ſurrectiſque ſubinde cauliculis luteſcentibus ſeu rufis, foliiſque paulò brevioribus, tomentoſis & nivei candoris diſcrepat. Radix huic longa, tenuis, rufeſcens, ramoſa, perennis, nec ſuis cauliculis brevior. Cauliculi paulò habitiores, craſſiores, ſparſim & inæqualiter nivei & tomento ita pubentes, ut glabri & rufeſcentes eminus appareant.

392. Alyſſon incanum, luteum, ſerpilli folio, minus *Inſt. R. Herb. 217.* Thlaſpi Alyſſon incanum, luteum, lunato utriculo *Barr. Icon. 908. n. 11. & 912. n. 11.* Thlaſpi Alyſſon dictum, campeſtre, minus *C. B. Pin. 107. & Raii Hiſt. 829.*

393. Alyſſon incanum, Polygoni folio. Thlaſpi minus, incanum, flore albo, ſubrotundo utriculo *Barr. Icon. 912. n. 1.* Radice pollet mediocri, lignoſâ, ſubflavâ, è quâ multi ſurgunt erecti, firmi & lignoſi cauliculi palmi dodrantem alti, ab imo foliis Lini, ſed longè minoribus veſtiti, iiſque incanis, tomentoſis, vix dodrantem unciæ longis, præanguſtis, acutis; quorum adultorum ima floreſcunt. Cauliculi in longam ſpicam abeunt. Flores albi, exigui, tetrapetali quibus ſuccedunt pericarpia ſubrotunda ſeu ovata & mucronata, in duo loculamenta diviſa, maturo ſemine facilè decidentia. Tota planta vix quatuor uncias alta dum flores edit, poſt exantheſim ad ſex uncias creſcit. Sapor illi ſubacris. Ab Alyſſo maritimo non multum diſtat, ſi non idem.

394. Alyſſon cineritium, flore albo. Thlaſpi linifolium, minus, cineritium, flore albo *Barr. Icon. 908. n. 1.* In ceſpitis formam humi ſe ſpargit cauliculis multis luxurians ſupinis villoſis, ramoſis, ſubinde in ſe collectis & erectis, quos veſtiunt folia Lini acuta, alterna, glabra, virentia, carnoſa, unciâ vix longiora, & quintam unciæ partem lata. Cauliculorum ramorumque ſumma Thyrſo florum alborum ornantur, qui ſubinde longam in ſpicam pericarpiorum acutorum protenduntur, ubi defloruerunt. Perennis eſt planta, cujus radix alba, tenuis & multifida. Semen rufum, ovatum & ſaporis ſubacris. Maio flores fructuſque ferebat Terracinæ viâ quâ itur Pipernum, colles inter & paludem.

395. Alyſſon Lini folio, flore albo, vireſcens. Thlaſpi Linifolium, minus, flore albo, vireſcens *Barr. Icon. 911. n. 1.* Radicem habet ſubgilvam, mediocriter craſſam, paucis fibris capillatam, plures ſurculos emittentem virentes quibus hærent folia Lini anguſta, alterna, acuta, unciam quandoque longa, vix octavam unciæ partem lata, ſubvilloſa, nonnihil caneſcentia, tenera & mollia. Flores exigui, albi in comam congeſti, quibus ſuccedunt pericarpia, plana, ſemine plano, rufeſcente, exiguo referta. In plantâ ſiccâ nullus manifeſtus ſapor. In Hiſpaniâ collegit Barr.

396. Alyſſoides Creticum, incanum. Alyſſum Creticum, incanum, orbiculatis ſiliquis *Barr. Icon. 862.* Alyſſum incanum, erectum, ſiliquâ utriculatâ *Bocc. Muſ. part. 2. 77. Tab. 66.* Ex Inſulâ *Cerigo* ramus ſiccus ad Barrelierum miſſus eſt, in quo tamen nec floris ſeminiſve formam obſervare potuit.

397. Alyſſoides ſubrotundo folio & ſerrato. Thlaſpi aureo leucoii flore, ſylveſtre, rotundifolium, majus *Barr. Icon 883.* Hujus & ſequentis deſcriptionem non invenio.

398. Alyſſoides ſubrotundo folio, Leucoii flore. Thlaſpi luteo Leucoii flore

F *Barr.*

Digitized by Google

Barr. Icon. 842. & Bocc. Muſ. part. 2. 78. Tab. 68. Boccone nomen hujus ad ſequentem tranſtulit.

399. Alyſſoides montanum, luteum, ſubrotundo Thlaſpi utriculo. Jonthlaſpi ſeu Leucoium montanum, luteum, ſubrotundo Thlaſpi utriculo *Barr. Icon. 850. & Bocc. Muſ. part. 2. 78. Tab. 67. Leucoii vulgaris lutei* radicem & ſurculos habet ramoſos, quorum qui annotini, plures emittunt ramos tortuoſos foliis alternis veſtitos oblongis, acutis, ſemunciâ anguſtioribus, duas uncias & ampliùs longis, in exortu præanguſtis, è cæſio virentibus; glabris, lævibus quoque, in ſummo frondoſam latamque in umbellam ſe explicant. Ex hac foliorum umbellâ primo vere novitii emergunt caules qui aliis foliis, ſed brevioribus & ad baſim latioribus, rarioribus, arrectis, laxa per intervalla induti deſinunt in comam florum luteorum & *Leucoii vulgaris* formâ, quibus ſuccedunt pericarpia adeò adhuc tenera ut formam ſemenque exactè obſervare non potuerim. Plantæ ſapor glutinoſus & ſubacris. Sub finem Maii florebat in monte *Gualdo* in Umbriâ.

400. Lunaria Leucoii folio, flore albo, Italica. Thlaſpi album, Leucoii flore & folio, Italicum *Barr. Icon. 911. n. 11.* Surculoſa & ramoſa eſt ad pedis cubitique altitudinem caules attollens, ſæpiùs tamen infirmos & in terram inclinatos. Folia ejus *Leucoii hortenſis*, ſed minora longè & vix tres uncias longa, quandrantem unciæ lata, tenuia, mollia, è viridi ſubincana, mollique pube ut & cauliculi, lanuginoſa. Flores ſummis in caulibus in ſubrotundam umbellam congeſti, albi ſunt & formâ *Leucoii albi hortenſis*, ſed duplo minores, & calyce virenti comprehenſi. Floribus ſuccedunt oblongi lanceolati, mucronati utriculi plani & compreſſi, ſemunciam ferè longi, cùm matura ſunt ſemina, ſextâ unciâ parte latiores, ſæpè tumidis lateribus. Semina in ſingulis utriculis ſena duplici ſerie diſpoſita, eaque exigua, rotunda, plana & rufeſcentia. In Campaniâ Romanâ locis incultis provenit.

401. Leucoium montanum, anguſtifolium, pallido flore *Barr. Icon. 884.* Leucoium anguſtifolium, Alpinum, flore ſulfureo *H. R. Par.* A *Leucoio luteo vulgari* diſcrepat foliis multò longioribus & anguſtioribus; tum etiam flore ſulfureo & pallido. Circa Gratianopolim reperitur in montibus. Pictor flores peſſimè, & ad libinem pinxit.

402. Leucoium luteum, minus, fruticans *Barr. Icon. 1228.*

403. Leucoium Heſperidis folio *Inſt. R. Herb. 221.* Braſſica ſylveſtris, albido flore, nutante ſiliquâ *Barr. Icon. 353.* Turrita major Plateau *Cluſ. Hiſt. cxxvj.*

404. Leucoium minus, marinum, ſubrotundo folio, purpureum *Barr. Icon. 1020.* Hujus deſcriptionem non invenio. Leucoii vires vide in Hiſt. Raii 782.

405. Heſperis ſylveſtris, inodora *C. B. Pin. 202.* Cacalia verior, Urticæ folio, purpuraſcente Leucoii flore *Barr. Icon. 357. La Juliane qui n'a point d'odeur. Cacaliæ* congener eſt; ſed folia ejus glabra, oblonga, Urticæ formâ, longiuſculo donata pediculo juxta quem ſinuoſa ſunt, in extremo acuta, per oras ſerrata, multis rotundis & implexis venis exarata, tenuiſſimæ texturæ, in plantâ ſiccâ pellucida, quò altiùs ſurgunt & umbellam verſus aſcendunt anguſtiora. Summus caulis rubeſcit, leviter pubeſcens, in umbellam florum deſinens dilutè purpureorum, quibus ſuccedunt ſiliquæ rectæ, purpureæ, fuſiformes, oblongæ, utrinque tenues, in medio nonnihil ventricoſæ, exiguo onuſtæ capitello & tenui ſemine fœtæ. Radix ejus ut aliis congeneribus, craſſiuſcula

Digitized by Google

craſſiuſcula & fibris densè capillata. In montibus Apenninis collegit Barr.

406. Heſperis maritima, ſupina, exigua *Inſt. R. Herb. 223.* Leucoium minus, flore violaceo *Barr. Icon. 1127.* Leucoium marinum, parvum, folio virente craſſiuſculo *I. B. 2. 877.*

407. Heſperis Sicula, fruteſcens, ſiliquâ tricuſpidi *Inſt. R. Herb. 223.* Leucoium minus, fruticans, purpureum, Alyſſi foliis *Barr. Icon. 804.* Leucoium minus, fruticans, purpureum, montanum, crucigerum *Bocc. Muſ. part. 2. 148. Tab. 111.* Fruticoſa eſt cujus radix perennis, cauliculi lignoſi, plures ab eâdem exorti radice, recti, firmi, craſſi, teretes, rotundi, albâ lanugine pubentes, dodrantales, crebris foliis veſtiti, Lini formâ ſeu potius *Alyſſi marini Cluſii*, ſemunciam longis, anguſtis, in extremo rotundis, alternis, nullo pediculo adnatis, niveo pariter tomento pubeſcentibus, arrectis, craſſiuſculis, nulliſque nervis, niſi mediâ lineâ eâque vix eminente ſtriatis & ſulcatis. Caulium ramorumque extrema plures umbellatim congeſti ornant flores tetrapeta- purpurei, oblongo calyce & brevi pediculo fulti.

408. Heſperis Lavandulæ folio, obſoleto flore. Leucoium minus, Lavandulæ folio, obſoleto flore, anguſtifolium *Barr. Icon. 803. & Bocc. Muſ. part. 2. 148. Tab. 111.* Dodrantalis pariter & tenera, cinereâ lanugine obducitur. Folia ejus anguſta, acuta, longa, integra, Lavandulæ figurâ, ſed duplo anguſtiora & tenuiora, unciam vix longa & alterna. Flores obſoletè rubent, petaliſque conſtant anguſtis. In montibus ſupra *Orgon* oppidum in Galloprovinciâ occurrit.

409. Heſperis purpureo flore; hamatis foliis. Leucoium minus, purpureum, hamatis foliis *Barr. Icon. 1019.* A ſuperiori diſtinguitur foliis utrinque uncinatis & flore purpureo. Varietas ſequentis.

410. Heſperis Sicula, Coronopi folio, ſiliquâ tricuſpidi *Inſt. R. Herb. 223.* Leucoium minus, purpureum, anguſtifolium, longiori folio *Barr. Icon. 999. n. 1.* Leucoium montanum, crucigerum, Coronopi folio *Bocc. Muſ. part. 2. 147. Tab. 111.* Folia huic longiora, latiora & tribus aut quatuor dentibus ſinuoſa, inſtar *Cyani* aut *Leucoii maritimi majoris.*

411. Heſperis altera Coronopi folio breviore. Leucoium minus, breviori folio, obſoleto flore *Barr. Icon. 999. n. 11.* Superioris varietas. Folia breviora, anguſtiora & paucioribus dentibus ſerrata. Flores obſoletè purpuraſcunt.

412. Heſperis Hiſpanica, anguſtifolia, luteo flore. Leucoium minus, anguſtifolium, luteum, Hiſpanicum *Barr. Icon. 1000. & Bocc. Muſ. part. 2. 148. Tab. 111.* Tenui & albicante ex radice decem aut duodecim edit folia ferè capillacea, unciam aut ſeſcunciam longa, tenuia, glabra, & virentia; è quorum medio ſurgit cauliculus rectus, ſtriatus, glaber, ſemipalmaris, raris foliis alterno ſitu veſtitus. Flores in ſummo fert umbellæ in modum, complures, congeſtos, leucoideos, quibus ſuccedunt ſiliquæ quarum ſemen non vidi.

413. Turritis vulgaris, ramoſa *Inſt. R. Herb. 224.* Draba anguſtifolia, major *Barr. Icon. 270.* Draba anguſtifolia, media & minima *ejuſdem Icon. 269. n. 1. & 11.* Burſa paſtoris, ſive Piloſella ſiliquoſa *I. B. 870. & Raii Hiſt. 800.*

414. Turritis annua, verna, flore purpuraſcente *Inſt. R. Herb. 224.* Leucoium minus, rotundifolium, flore purpureo; Chamæ-leucoium rotundifolium, minus, flore purpureo *Barr. Icon. 876.* Leucoium maritimum, latifolium, flore cæruleo purpurante *I. B. 2. 880. & Raii Hiſt. 781.*

415. Turritis annua, Bellidis folio flore purpuraſcente. Leucoium purpureum, Bellidis folio, majus *Barr. Icon. 875.*

416. Cardamine annua, exiguo flore *Inſt. R. Herb. 224.* Siſymbrium montanum,

tanum, tenuifolium, flore muſcoſo purpuraſcente *Barr. Icon. 155.* Siſymbrii Cardamine ſpecies quædam inſipida *I. B. 2. 886. & Raii Hiſt. 815.* Umbroſis humidiſque locis montium Apenninorum & Triſulti in Umbriâ gaudet.

417. Cardamine glabra, Chelidonii folio *Inſt. R. Herb. 225.* Siſymbrium montanum, latifolium, flore purpureo *Barr. Icon. 156.*

418. Cardamine ſylveſtris, minor, Italica *Barr. Icon. 455.* Cardamine IV. Dalechampii *Lugd. 659.* Naſturtium aquaticum, minus *C. B. Pin. 104. & Raii Hiſt. 815.*

419. Cardamine aquatica, Cotyledonoides flore albo *Barr. Icon. 1163.* Cardamine montana, Aſari folio *Inſt. R. Herb. 225.* Naſturtium montanum, Aſari foliis *Par. Bat.* In Pomptinis paludibus Latii non longè à *ſermonetta* ad radices collis in aquis limpidis frequens eſt, necnon juxta Pontem Terracinæ. Nos in Alpibus & in valle Barſilionenſi vidimus.

410. Eruca cærulea, in arenoſis creſcens *C. B. Prodr. 40.* Eryſimum tertium, præcox, flore carneo *Barr. Icon. 196.*

421. Eruca viminea, Iberidis folio, luteo flore *Barr. Icon. 131.* Eruca minimo flore, Monſpelienſis *I. B. 2. 862.* Juxta Tyberis margines eundo à ponte Milvio ad portam *à Populo* dictam Romæ provenit, necnon ſupra muros circa Pariſios.

422. Eruca ſylveſtris, minor, lutea, Burſæ paſtoris folio, Italica *Barr. Icon. 1016. La Roquette ſauvage, à feuilles du Tabouret.* Deſcriptionem non reperio.

Sequentes imperfectæ ſunt & difficilè ad ſua genera referri poſſunt, quia tamen Erucæ nomine indigitantur, ad calcem Erucarum poſuimus.

423. Eruca minima, hirſuta, floribus albis. Erucula hirſuta, floribus albis *Barr. Icon. 195. n. 1. & Bocc. Muſ. part. 2. 84. Tab. 80.* Ex radice craſſiuſculâ, lignosâ, melinâ & in capita diviſâ folia oriuntur tenuiter & profundè inciſa, Echii modò hiſpida, numeroſa, vix biuncialia; cauliculus è foliorum medio ſurgit glaber, rotundus, vix major quàm in figurâ, flores ſuſtinens albos. Pictor perperam fecit caulem hirſutum. Inter *Chinchilla* & *Aiora* oppidum in confiniis Regni Valentini creſcit.

424. Eruca minima, flore rubello. Eruca flore rubello, Hiſpanica *Barr. Icon. 195. n. 2. & Bocc. Muſ. part. 2. 85. Tab. 80.* Radix illi tenuis, longa & fibroſa quæ promit folia pinguia, vix uncialia, & ſextâ unciæ parte latiora, per oras leviter dentata & nonnihil ſinuoſa. Ex eorum medio cauliculus ſurgit tenuis, vix uncialis, quandoque folio uno aut altero veſtitus & qui fert florem ſingularem, parvum & purpureum. In amplâ & maritimâ planitie *la deçà* dictâ Valentiam inter & mare reperiebat Barr.

425. Eruca maxima, Canadenſis, lutea *Barr. Icon. 706. & Corn. 15.* Icon. Barr. ex Corn. l. c.

426. Eruca minor, Bulbi Napique radice, ſiliquâ rotundâ *Barr. Icon. 1198. n. 1.* quid?

427. Eruca minima, oblongâ & haſtatâ ſiliquâ *Barr. Icon. 1198. n. 11.* quid? Erucæ vires vide in Hiſt. Raii 806.

428. Sinapi Hiſpanicum, pumilum, album *Inſt. R. Herb. 227.* Eruca ſylveſtris, flore albo, Italica *Barr. Icon. 132.* Annua eſt planta, cujus radix lignoſa, albicans & contorta; Folia *Erucæ hortenſis*, ſed nonnihil hiſpida & ſcabra, in profundiores acutioreſque lacinias inciſa. Caules erecti, ramoſi, minoribus foliis veſtiti, hirſuti. Flores promit albos, rariùs rubentes, qui expanſi ſemunciam ferè ampli, quibus ſuccedunt ſiliquæ longæ, teretes, in ſummo

mo tenui capitello ornatæ. Sapore prædita eſt acriuſculo & ad Erucam accedente. Floret Martio & Aprili in vineis Campaniæ Romanæ & per vias frequens. Sinapi vires vide in Hiſt. Raii 803.

429. Hypecoon tenuiore folio *Inſt. R. Herb. 230.* Hypecoum Cluſii, tenuifolium, flore pallido *Barr. Icon. 352.* Hypecoi altera ſpecies *C. B. Pin. 172. & Raii. Hiſt. 1328.* In agro Aquiſſextienſi provenit.

430. Sinapiſtrum Indicum, pentaphyllum, flore carneo minus, non ſpinoſum *H. L. Bat.* Lupinus Arabicus Ponæ, Mozambez di Angola Herbariorum *Barr. Icon. 1235. Pon. Bald. Ital. 102. & Raii Hiſt. 859.*

431. Sinapiſtrum Luſitanicum, triphyllum, flore rubro, ſiliquis corniculatis *Inſt. R. Herb. 232.* Trifolium ſiliquoſum, flore violaceo, Luſitanicum *Barr. Icon. 866. Raii Hiſt. 860.*

432. Sinapiſtrum peregrinum, triphyllum, flore luteo. Trifolium peregrinum, alterum, flore luteo *Barr. Icon. 865.*

433. Sinapiſtrum Canadenſe, triphyllum, ſiliquâ craſſiore. Trifolium Aſphaltites, Canadenſe, ſiliquoſum *Barr. Icon. 914.* Trifolium Aſphaltion, Canadenſe *Corn. 131.* Lotus ſylveſtris ex Codice Cæſareo *Dod. Pempt. 572.* Icon. Barr. ex Corn. l. c.

434. Herba Paris Canadenſis, bulboſa, triphylla. Solanum triphyllum, bulboſum Canadenſe *Barr. Icon. 259. & Corn. 167.* Icon. Barr. ex Corn. l. c.

435. Amaranthus major, purpureus, criſpis paniculis, ſemine rufo *Barr. Icon. 658. Amarante.*

436. Amaranthus major, incurvâ & obſoletè rubrâ paniculâ, ſemine albo *Barr. Icon. 657.*

437. Amaranthus major, coccineus, ſparſis & longioribus thyrſi flagellis, ſemine nigro *Barr. Icon. 642.*

438. Amaranthus purpureus, craſſioribus ſetis, nutante criſpâ Jubâ, ſemine nigro *Barr. Icon. 641.*

439. Amaranthus æſtivus, majoribus, coccineis nutantibuſque flagellis, ſemine pallido *Barr. Icon. 659.*

440. Amaranthus major, purpuro-violaceus, erectis congeſtiſque ſpicæ flagellis, ſemine nigro *Barr. Icon. 649.*

441. Amaranthus major, purpuro-violaceus, tenuibus, tranſverſis ſpicarum flagellis, ſemine nigro *Barr. Icon. 650.*

442. Amaranthus major, virentibus ſpicarum paniculis, ſemine nigro *Barr. Icon. 648.*

443. Amaranthus tricolore folio, è viridi pallidis floſculis *Barr. Icon. 647.* Amaranthus tricolor *Lob. Icon. 252.*

444. Amaranthus purpuro-violaceus, tenuibus ſetis, nutante & criſpâ jubâ, ſemine nigro *Barr. Icon. 645.*

445. Amaranthus coccineus, thyrſoides, ſemine nigro *Barr. Icon. 646.*

446. Amaranthus ſerotinus, major, purpuro-violaceus, tenuioribus ſpicis & flagellis, ſemine nigro *Barr. Icon. 640.*

447. Amaranthus ſerotinus, major, purpureus, oblongâ ſparsâque ſpicâ, ſemine nigro *Barr. Icon. 639.*

448. Amaranthus major, præcox, nutantibus, roſeis flagellis, ſemine carneo *Barr. Icon. 664.*

Digitized by Google

449. Amaranthus major, ſerotinus, arboreſcens., nutantibus, roſeis flagellis, ſemine carneo *Barr. Icon. 663.*

450. Amaranthus major, præcox, craſsâ congeſtâ & coccineâ ſpicâ, ſemine albo *Barr. Icon. 662.*

451. Amaranthus ſerotinus, medius; purpureâ, craſsâ, congeſtâque ſpicâ, ſemine pallido *Barr. Icon. 661.*

452. Amaranthus major, purpureus, rarioribus thyrſorum flagellis, ſemine nigro *Barr. Icon. 677.*

453. Amaranthus præcox, incurvis, craſſioribus, coccineiſque flagellis, ſemine albo *Barr. Icon. 660.*

454. Amaranthus præcox, minor, coccineis, erectis flagellis, ſemine albo *Barr. Icon. 678.*

455. Amaranthus minor, coccineus, paniculâ tumidiore, ſingulari, ſpicatâ, criſtatâ *Barr. Icon. 506.*

456. Amaranthus minor, pallidus, paniculâ tumidiore, ſingulari, ſpicatâ, criſtatâ *Barr. Icon. 505.*

457. Amaranthus minor, aureus, pyramidalis, flagellis hiſpidis, criſpis & criſtatis *Barr. Icon. 476.*

458. Amaranthus minor, luteo-paleaceus, pyramidalis, flagellis erectioribus, criſtatis *Barr. Icon. 475.*

459. Amaranthus minor, aureus, latâ & criſtatâ paniculâ *Barr. Icon. 507.*

460. Amaranthus minor, coccineo-purpureus, latâ criſtatâque in globum paniculâ *Barr. Icon. 508.*

461. Amaranthus minor, purpuro-violaceus, amplâ, latâ, globoſâ, criſpâ & criſtatâ paniculâ *Barr. Icon. 478.*

462. Amaranthus minor, luteo-purpureus, pyramidalis, longis, ſparſis & criſtatis flagellis *Barr. Icon. 477.*

463. Amaranthus minor, ſimplici paniculâ, ſemine nigro *Barr. Icon. 643.*

464. Amaranthus minor, coccineus, ſimplici & nutante paniculâ, ſemine albo *Barr. Icon. 644.*

465. Amaranthus minor, ſerotinus, obſoletè rubente ſpicâ, ſemine nigro *Barr. Icon. 671.*

466. Amaranthus minor, atro purpureus, criſtatis ſpicis *Barr. Icon. 672.*

467. Amaranthus minor, coccineus, ſparſis thyrſi flagellis, ſemine rufo *Barr. Icon. 653.*

468. Amaranthus minor, ſerotinus, purpuro-violaceus, craſſioribus & rarioribus ſpicæ flagellis, ſemine nigro *Barr. Icon. 654.*

469. Amaranthus minor, violaceo-purpureus, brevi, congeſtâ acutâ ſpicâ *Barr. Icon. 679.*

470. Amaranthus viridi ſpicâ, Indicus, minor *Barr. Icon. 680.*

471. Amaranthus minor, ſpicâ ſingulari, albo-purpureâ luteâque, lunatis circum caulem foliis *Barr. Icon. 1195. & Bocc. Muſ. part. 2. 77. Tab. 66.*

Horum denominatio, qualem dedit Barr. non viſa eſt egere longiori deſcriptione, quippequi in Icone ſatis eleganter diſtincti ſint. Præterea genus iſtud ita formis variat, ut ſinguli vix poſſint ad ſpecies ab authoribus enumeratas referri.

472. Polygoni vel Linifolia per terram ſparſa, flore ſcorpioidis *I. B. 3. 379. Turnef. Hiſt. Plant. circa Pariſ. Naſcent. 127.* Anthyllis Linifolia, flore albo, Polygonoides *Barr. Icon. 532.* Circa Pariſios frequens.

473. Papaver Rheas, flore carneo pleno *Barr. Icon. 763. Cocquelicoc à fleur double & couleur de chair.* Papaveris Rhoeados vires vide in Hiſt. Raii 855.

474.

Digitized by Google

474. Papaver Rheas, integro folio, Hiſpanicum *Barr. Icon. 1191. & Bocc. Muſ. part. 2. 77. Tab. 65.* Papaver erraticum, foliis non diſſectis. *Inſt. R. Herb. 239.*

475. Papaver Alpinum, ſaxatile, Coriandri folio *Inſt. R. Herb. 239.* Argemone lutea Ponæ *Barr. Icon. 764. & Pon. Bald. Ital. 100.* Icon. Barr. ex Pon. l. c. In Monte Ventoſo vulgò *le Mont Ventou*, in aſcenſu ad ſacellum creſcit.

476. Argemone Mexicana *Inſt. R. Herb. 239.* Papaver ſpinoſum, flore luteo *Barr. Icon. 1141.* Papaver ſpinoſum *C. B. Prodr. 92. Le Pavot épineux.*

477. Granadilla Hiſpanis, Flos paſſionis Italis *Col. in Rech. 889.* Clematis trifolia, flore Melanthii clavato, Granadilla Monardi, Maracot Peruvianis *Barr. Icon. 1243. La fleur de la Paſſion.*

478. Alſine lotoides Sicula *Bocc. Rar. Plant. 21.* Portulaca Bœtica, luteo flore, ſpuria, aquatica *Barr. Icon. 336.* Totâ Æſtate & Autumno floret ad ripas *Quadalquivir* circa Hiſpalim.

479. Alſine Verna, glabra *Bot. Monſp.* Chamelinum gramineo ſeu acuto folio *Barr. Icon. 1165. n. 11.* Puſilla eſt planta Iconi ferè par. Flos ejus candidus, tetrapetalos, calyce ex albovireſcente comprehenſus; flori ſuccedit utriculus ovatus, ſemine tenui ruffo & ſubrotundo fœtus. In Italiâ occurrit Monſpelii, Lugduni & circa Pariſios provenit.

480. Alſine perennis, tenuifolia. Anthyllis Lychnoides, perenni radice τριχοφυλλὸς ſeu minor *Barr. Icon. 531.* Radicem habet perennem, lignoſam, & fragilem, ex quâ ſeptem aut octo ſurgunt cauliculi tenuiſſimi, erecti, glabri & nodoſi, quorum ſingulis internodiis oppoſita, graminea, tenuiſſima & acuta inſident folia. Summi cauliculi in ramos diviſi ſuſtinent flores albos, pentapetalos, calyce pariter pentapetolo & vireſcente comprehenſos. Floribus ſuccedunt utriculi plano & oblongo ſemine turgidi. A ſiniſtris habes calycem cum flore depictum qualis microſcopio conſpicitur.

481. Alſine tenuifolia, flore albo, inverſo, Hiſpanica. Anthyllis recta, trichophyllos, inverſo flore albo, Hiſpanica *Barr. Icon. 533.* A ſuperiori cauliculis albicantibus & tenui pube obſitis diſcrepat, tum etiam floribus pentapetalis, albis; deorſum ſurſumque reflexis: ſtamina quinque aurea ſuis apicibus onuſta fundum floris occupant. Evanido flore calycis petala dimittuntur, ut utriculum ſemine fœtum complectantur.

482. Alſine tenuifolia, minima, flore albo. Anthyllis trichophyllos, lychnites, minima, flore albo *Barr. Icon. 530.* Vix triuncialis eſt planta exili, albidâ, brevi & annuâ radice, è quâ plures aſſurgunt cauliculi tenuiſſimi, geniculati, nodoſi, binis ex adverſo naſcentibus foliis ad ſingula internodia inſtructi, in ſummo comoſi, floreſque exiguos, albos edunt calyce comprehenſos pentapetalo. Floribus decuſſis ſuperſunt pericarpia ſubrotunda, pulverulento & exili ſemine turgida. Calycis & floris habes delineationem qualis ope microſcopii videtur.

483. Alſine annua, ſeu minor, anguſtifolia, flore albo. Anthyllis lychnites, annua, ſeu minor, anguſtifolia, flore albo *Barr. Icon. 580.* Ex radice tenui, annuâ, albidâ & in multas fibras juxta partem inferiorem capillatâ cauliculos edit duodenos, aliquando plures, geniculatos, tenues, glabros, repandos & in ſummo ramoſos, foliis inſtructos binis ex adverſo naſcentibus, capillaribus, lætè virentibus, è quorum alis & extremis ramis flores ſingulares emergunt ſemunciali & capillari pediculo adnati, perexigui, pentapetali,

Digitized by Google

tali, albi, quibus tandem ſuccedunt utriculi ſemine turgidi. Exciſus à dextris ramulus calycis & fructûs formam accuratiorem ad microſcopium delineatam oſtendit, à ſiniſtris verò ramulus exciſus nativæ eſt magnitudinis.

484. Alſine Spergulæ facie, media *C. B. Pin.* 251. Anthyllis Polygonoides, anguſtifolia *Barr. Icon.* 579.

485. Alſine maritima, incana, minima. Anthyllis Alſinefolia, incana, marina, minima *Barr. Icon.* 529. Cauliculos hæc edit erectos, ad quatuor uncias, aut procumbentes, humifuſos & ſerpentes, Alſines vel potius Thymi foliis binis ex adverſo oppoſitis, utrinque acutis & brevi tenuique pediculo nixis veſtitos. Flores albi, parvi, calycibus ſuis comprehenſi, per caulium alas aut extrema ſparguntur, quos pericarpia ſequuntur exigua, oblonga, ſemine pulverulento & nigro turgida. Ad ſiniſtram habes naturalem rami magnitudinem, cujus pars à dextris depingitur qualis videtur ope microſcopii. Folia quandoque nonnihil majora ſunt quàm in Icone depinguntur, & obſcurè virent; albida villoſa & lychnidea apparent.

486. Alſine maritima, minima, Thymi folio. Polygonum maritimum, minimum, Thymi folio *Barr. Icon.* 559. Longâ craſſiuſculâ, ſubfuſcâ divaricatâque potitur radice, ex quâ ſurculi plurimi oriuntur, humi ſparſi in circulum, geniculati, tenues, crebris alterniſque Thymi foliis ad ſingula internodia inſtructi; è quorum alis ſingulis ſingulares erumpunt flores adeò parvi ut viſum fugiant, ſuo pedicello & calyce donati, albi, interdum etiam carnei, pentapetali, quorum petala integra ſunt & ſubrotunda. Folia floreſque magis congeruntur verſus extremitates ſurculorum. Habes in Icone plantæ formam & magnitudinem naturalem. Ad latera juxta aſteriſcum folium & florem ut microſcopio apparebant, appingi curavi. Infra Oſtia Tyberina ad littus maris ſolo firmiore provenit.

487. Ros ſolis minor, ſeu rotundifolius *Barr. Icon.* 251. *n.* 1. Ros ſolis folio ſubrotundo *C. B. Pin.* 354.

488. Ros ſolis major, ſeu longifolius *Barr. Icon.* 251. *n.* 11. Ros ſolis folio oblongo *C. B. Pin.* 357. Vires vide in Hiſt. Raii 1100.

489. Juncus cacumine reflexo, major, paniculâ minore *Barr. Icon.* 204. *n.* 11. *Le Jonc.*

490. Juncus cacumine reflexo, minor, paniculâ majore *Barr. Icon.* 204. *n.* 1.

491. Juncus repens, ἀκροκαρπὸς, minor, botrioides *Barr. Icon.* 114. *n.* 1. Juncus parvus, cum pericarpiis rotundis *I. B. quoad Iconem* 2. 522. Radice potitur *Scirpi* ſerpente, tenui, nigricante & multis fibris capillatâ, quæ tenues, in imo atrorubentes caules ſeorſim non ſimul congeſtos emittit ſeſquipedales, enodes, ad baſim foliis junceis anguſtis, pedalibus, acutis, infirmâ tamen acie, è cœſio virentibus, eâ parte quâ caulem aſpiciunt non nihil concavis & canaliculatis convolutis, in longam paniculam deſinentes nutantem, racemoſam, tenuibus, & rotundis pericarpiis fuſco phœniceis, vix Braſſicæ ſemine majoribus gravem, nullo tamen folio paniculam ſuperante. In pratis ſupra pontem Milvium ad dextram Tyberis collegit Barr.

492. Juncus Sorghi capitulis. Gramen junceum, Sorghi capitulis. *Barr. Icon.* 747. *n.* 1.

493. Juncus Milii paniculâ. Gramen junceum, Milii paniculâ *Barr. Icon.* 747. *n.* 11.

494. Juncus maritimus, Sorghi paniculâ utriculatâ *Barr. Icon.* 203. *n.* 11. Juncus acutus capitulis Sorghi *C. B. Pin.* 11. *Raii Hiſt.* 1302. Hujus capita exprimi

Digitized by Google

exprimi curavimus, quoniam utriculi ſemine minuto & anguloſo, ac flaveſcente turgent. Inter Carićta littoris Oſtienſis provenit.

495. Juncus paluſtris, humilior, erectus *Inſt. R. Herb. 246.* Gramen Bufonium, erectum, latifolium *Barr. Icon. 263. n. I.* Gramen Bufonium, erectum, anguſtifolium, majus *ejuſdem Icon. 264.* Gramen Bufonium, erectum, anguſtifolium, minus *ejuſdem Icon. 263. n. II.* Holoſteum Mathioli *Lob. Icon. 18.* Gramen nemoroſum, caliculis paleaceis *C. B. Pin. 7. Raii Hiſt. 1309.* Plurimum ludit hic Juncus ratione loci, undè ſupinus, erectus, latifolius vel anguſtifolius creſcit; quas variationes exprimit Barr.

496. Juncus paluſtris, humilior, repens *Inſt. R. Herb. 246.* Gramen Bufonium, ſupinum, mollius ſeu umbellatum *Barr. Icon. 93.*

497. Juncus paluſtris, humilior, capſulis triangulis & glomeratis. Gramen Bufonium, glomeratis utriculis *Barr. Icon. 94.* Gramen Junceum, capſulis triangulis, minimum *Raii Hiſt. 1307.* Superioribus eſt congener, radices habet fibroſas, albidas, paulòque craſſiores & longiores, ex quibus ſurgunt culmi nonnihil inclinati & ſupini, foliaque emergunt juncea, firma, anguſta, acuta & in extremo nonnihil arcuata. Culmi binis aut tribus foliis uncialibus veſtiti abeunt in umbellam trium aut quatuor radiorum inæqualis longitudinis. Ramos fulciunt folia ſuppoſita, quorum in alis & ad extrema ramulorum utriculi multi, atrorubentes in echinatum caput, Piſi magnitudine, glomerantur, mucronati, læves, & ſplendidi. In paludoſis Tyberis, viâ Oſtienſi, tertio ab urbe lapide, & circa pontem Milvium obſervavit Barr. Circa Pariſios quoque creſcit.

498. Juncus nemoroſus, latifolius, major *Inſt. R. Herb. 246.* Gramen hirſutum, anguſtifolium, perenne, Lini utriculis *Barr. Icon. 748. n. II.* Gramen nemorum Dalechampii *Lugd. 429.* Holoſteum *Math. edit. Valgriſ. Ital. in fol. 1018. Lugd. 1188.* Radice nititur ceſpitoſâ, perenni, fuſcâ, fibroſâ & tenui, quæ folia promit anguſta, ſeſquipalmum longa, pilis lanuginoſis, oblongis, criſpis & mollibus villoſa, nec culmis breviora. Culmi ſeſquipalmares, rotundi, glabri deſinunt in paniculam latè ſparſam, cujus flores petalis ſex ſtellatim ordinatis conſtant, utriculo rotundo, rufo ſemine turgido medium eorum occupante. Maturo ſemine decidunt petala hæc floris ſeu glumæ, & in tres lobos ſcinditur utriculus.

499. Juncus Graminis Cyperoidis radice, tenuifolius, elatior *Barr. Icon. 118. n. I.*

500. Juncus Gramineus, Cyperi radice, rufâ & hirſutâ ſpicâ *Barr. Icon. 255. n. II.* Utriuſque deſcriptiones deſunt.

501. Kali geniculatum, aphyllantes, gilvis paleaceiſque floſculis, Hiſpanicum *Barr. Icon. 215.* Kali fruticoſum, Hiſpanicum, Tamariſci folio *Inſt. R. Herb. 247.* Hujus & ſequentium deſcriptiones non invenio.

502. Kali vermiculatum, fruticans, minori folio, Hiſpanicum *Barr. Icon. 216.* Kali fruticoſum, Hiſpanicum, Capillaceo folio villoſo *Inſt. R. Herb. 247. La Soude d'Eſpagne velue.*

503. Kali vermiculatum, Hiſpanicum, viride, fruticans *Barr. Icon. 206.*

504. Kali vermiculatum, Hiſpanicum, incanum, fruticans *Barr. Icon. 205.*

505. Kali Polygonoides, frutex polyſpermon *Barr. Icon. 191. & Bocc. Muſ. part. 2. 83. Tab. 73.*

506. Kali minus, tenuifolium, incanum, fruticoſum, Siculum *Barr. Icon. 79.* Kali Siculum, lignoſum, floribus membranaceis *Bocc. Rar. Plant. 59.* Polygonum fruticans, roſeum, Thymi folio, Siculum *Barr. Icon. 1034. n. vj.* Ramos hoſce duos accepit à P. Boccone. Priorem ſine flore, poſteriorem cum floribus.

Digitized by Google

507. Kali vermiculatum, albo & amplo Sedi roſei flore *Barr. Icon. 888.* Kali floridum, repens, Aizoides, Neapolitanum *Col. part. 2. 72.*

508. Kali Molluginis folio, umbellatum *Barr. Icon. 120. & Bocc. Muſ. part. 2. 167.* Caules edit palmares & pedales, lignoſos, albidos & villoſos, æqualiter in ramos oppoſitos dividuntur, denſis veſtiti foliis Molluginis, virentibus, nec ſemunciâ longioribus, crebro ſed alterno ſitu verticillatim cauliculos ambientibus. Extrema caulium in umbellam deſinunt, ſed flores fluctuſque jam deciderant, cùm occurrit. Sapor ejus viroſus eſt. In Hiſpaniâ invenit.

509. Helianthemum Alpinum, folio Piloſellæ minoris Fuchſii *I. B. 2. 18.* Ciſtus Oleæ folio, villoſus, flore aureo, Italicus *Barr. Icon. 365.* Thymi in modum fruticat humilis & ſeſquipalmaris planta, radicibus & caudicibus lignoſis, tortuoſis, atrofuſcis & ramoſis, foliis luxurians crebris, congeſtis, Oleæ formâ, oppoſitis, longis, anguſtis, utrinque acutis, ſupernè è viridi cineraceis, infernè incanis, villoſis, & albidâ pube hiſpidis, uncialibus, tres lineas latis, ſed in caule minoribus. Cauliculorum ſumma quinque aut ſex flores aurei, pentapetali, quorum petala cordata ſunt, comant, & quibus ſuccedunt fructus tricapſulares. Tota planta longiuſculâ caneſcit pube.

510. Helianthemum Serpilli folio villoſo, flore pallido, Italicum. Ciſtus Serpilli folio, villoſus, flore pallido, Italicus *Barr. Icon. 366.* Folia huic minora, breviora, minus hirſuta; flores minores, pallidi & per cauliculos inordinatè ſparſi. Tota planta lignoſa eſt & fruticoſa, vixque quatuor aut quinque unciis altior.

511. Helianthemum anguſto Serpilli folio, villoſus, flore aureo, Italicum Ciſtus anguſto Serpilli folio, villoſus, flore aureo, Italicus *Barr. Icon. 488.* Lignoſum fruticoſumque iſtud cauliculos edit vix quinqunciales, tortuoſos, foliis inſtructos Serpilli, ſed anguſtioribus, per intervalla binis, & utrinque è cinereo virentibus, ſupernè tamen obſcurioribus, & in ſummo quinis aut ſenis floribus glomeratis aureiſque comoſos Tota planta villoſa & hiſpida eſt nec minus, quàm prima ſpecies, licèt obſcuriùs vireſcat.

512. Helianthemum folio Thymi incano *I. B. 2. 19. Raii Hiſt. 1016.* Chamæciſtus incanus, Tragorigani folio, Hiſpanicus *Barr. Icon. 415.* Perennis eſt planta, vix ſuâ figurâ major, lignoſa, ſurculoſa, totaque caneſcens, Thymi modo & magnitudine implexa, ramis humifuſis, repandis & ſurſum reflexis, quibus bina ex adverſo, alternatim & geniculatim hærent folia *Tragorigani anguſtifolii*, hoc eſt quadrantem unciæ longa, & vix lineam lata; In ſingulorum ramulorum extremis tres aut quatuor ad ſummum in comam congeſti panduntur flores, quibus ſuccedunt pericarpia globoſa, trifida, maturo ſemine in tres dehiſcentia cellulas.

513. Helianthemum Thymi folio glabro *Inſt. R. Herb. 249.* Chamæciſtus anguſto Thymi folio, Hiſpanicus *Barr. Icon. 416.* A ſuperiori diſcrepat foliis glabris, læto virore nitentibus, brevioribus & Thymo longè anguſtioribus.

514. Helianthemum tenuifolium, glabrum, luteo flore, per humum ſparſum *I. B. 2. 18.* Chamæciſtus brevi vermiculatoque folio, minor Hiſpanicus *Barr. Icon. 446.* Ciſtus minor, &c. *ejuſd. Icon. 286.* Humifuſa eſt planta & glabra, Hiſpaniæ, Italiæ Galliæque Narbonenſis indigena. Icon. Barr. bis repetita.

515. Helianthemum tenuifolium, glabrum, erectum, flore luteo *I. B. 2. 18. Raii Hiſt. 1015.* Chamæciſtus luteus, vermiculato folio, major *Barr. Icon. 445.* Fruticoſum eſt, ſurculique ejus erecti, ramoſi, lignoſi & teretes, quos alterna veſtiunt folia virentia, vermiculata, craſſiuſcula, plana tamen, modò brevia, modò oblonga; Flores fert luteos, paucos, quorum fructus ut in aliis tricapſulares. Tota planta glabra eſt & perennis. Circa Eremum R. P. Auguſtin. propè Gratianopolim creſcit, nec non in Italiâ & in Galliâ Narbonenſi.

516.

516. Helianthemum Maſſilienſe, Coridis folio *Inſt. R. Herb. 250.* Ciſtus Thymi folio, ſaxatilis, Italicus *Barr. Icon. 290.* Radix huic longa, lignoſa, fuſca & perennis: folia Thymo longiora, inodora, ſubcinerea, & præanguſta. Flores aurei, terni aut quaterni ſummis ramulis innaſcentes, calycibus virentibus & ſubhiſpidis comprehenſi. Fructus ſubrotundi & mucronati ſemine tenui turgebant. Tota planta Thymo ferè ſimilis. Junio florebat in maritimis Arcis Oſtienſis, locis ſaxoſis & arenoſis. Maſſiliæ ad radices montis *Redon* provenit.

517. Helianthemum Thymi folio, luteum, majus. Chamæciſtus luteus, Thymi folio, Polyanthos, ſeu major *Barr. Icon. 443.* Crebra fert folia, quorum alia majora, longiora, quadrantem unciæ ut plurimum longa, Thymo tenuiora & pubeſcentia; ſurculi erecti ramoſi, lignoſi & brevi lanugine tecti flores ferunt in ſummo luteos, pediculo oblongo inſidentes, plures & laxo ſatis ordine ſparſos. Fructus tricapſulares: ſemen ſubrufum & Milio minus ac tenuius. Radicem habet lignoſam & tortuoſam.

518. Helianthemum Thymi folio, luteum, minus. Chamæciſtus luteus, Thymi folio ὀλιγάνθης ſeu minor *Barr. Icon. 444.* Omnibus ſuis partibus ſuperiori minus eſt. Folia duplò minora & breviora; flores modò ſingulares, modò bini aut terni. Pumila eſt planta, radices tamen craſſas lignoſas & tortuoſas habens.

519. Helianthemum Thymifolium, flore rubello, Hiſpanicum. Chamæciſtus mas, flore rubello, Thymi foliis *Barr. Icon. 328.* Surculos edit erectos, ramoſos, lignoſos, breves, vix palmi quadrante altiores, incanos, denſis & alternis veſtitos foliis Thymi; id eſt quadrantem unciæ longis, qui in ſummo flores tres aut quatuor rubellos ſuſtinent. Hæc planta Hiſpaniæ indigena eſt.

520. Helianthemum luteum, rugoſis foliis, Hiſpanicum. Chamæciſtus luteus, toroſo folio, Hiſpanicus *Barr. Icon. 439. Bocc. Muſ. part. 2. Tab. 74.* Lignoſum & humile eſt, ramoſum, crebris foliis oblongis, anguſtis, acutis, ſupernè ad nervum uſque convolutis oris, quaſi vermiculatis, & contortis funium toris conſtarent. Flores & fructus ut in aliis.

521. Helianthemum luteum, Thymi durioris folio. Chamæciſtus luteus, Thymi durioris folio *Barr. Icon. 441.* Figurâ non eſt major, fruticans cujus ſurculi in tenues lignoſoſque ramos dividuntur *Thymique durioris* foliis oppoſitis binis rariſque veſtiuntur. Flores lutei, numeroſi latè ſe ſpargunt.

522. Helianthemum luteum, imis foliis Serpilli. Chamæciſtus luteus, imis Serpilli foliis *Barr. Icon. 440.* Cauliculi hujus recti, teretes, tenui albeſcunt lanugine. Ima folia Serpilli, latiuſcula, nonnihil longiora, acuta, ſupernè nigricantia, infernè incana; ſuperiora verò longiora, unciam vix longa, & lineam lata, Roriſmarini foliis æmula ex quorum alis alia minora anguſtiſſima acutaque prorumpunt. Flores fert in ſummo cauliculorum luteos, quibus ſuccedunt pericarpia tricapſularia ſeminibus minutis fœta.

523. Helianthemum luteum, imis Thymi foliis. Chamæciſtus luteus, imis Thymi foliis *Barr. Icon. 442.* Superiori conſimile, ſed incanâ magis albeſcit lanugine. Folia verò ima Thymo vulgari anguſtiora, nonnihil longiora, ſuperiora verò præcedentis foliis paria, Lavandulæ aut Roriſmarini formâ, minora tamen & anguſtiora. Flores & fructus ut in ſuperiori.

524. Helianthemum Thymi folio, flore ferrugineo. Ciſtus minor, Thymi folio, flore ferrugineo *Barr. Icon. 285.* Supina edit virgulta quæ ſurſum ſe reflectunt, pluribuſque diviſa ramulis lignoſis, quibus viridia, glabra, alterna, Thymique folia alligantur, & in extremis enaſcuntur flores vinoſi planè & & eleganter rubentes. In colle ſabuloſo prope pontem Milvium obſervavit Barr. Nos in Comitatu Nicienſi circa oppidulum vulgò *la Tour.*

525. Helianthemum Hiſpanicum, Halimi folio ampliſſimo, incano & nervoſo *Inſt. R. Herb. 250.* Ciſtus Halimi folio, flore luteo, amplo, maximus,

Digitized by Google

Hiſpanicus *Barr. Icon. 292.* Frutex eſt ſex cubitos & ampliùs altus, lignoſus, per ramos binis & oppoſitis foliis veſtitus, quàm in majore Halimo majoribus, longioribus, molli brevique lanugine incanis, ſemunciam longis, dodrantem unciæ latis, imâ parte & juxta exortum rotundis, in proceſſu longioribus, & in acumen deſinentibus, nullo ferè pediculo adnatis, venis ſecundùm longitudinem, maximè circum oras ductis, ſtriatis. Flores in extremis ramis plures, unciâ ampliores, lutei, molles & delicatiores enaſcuntur, qui citò evaneſcunt. Maio menſe florebat in montibus dictis *Serra Morrena*, qui Boeticam à Caſtiliâ disjungunt. Ibique variæ Ciſti & Helianthemi ſpecies proveniunt.

526. Helianthemum Halimi folio, flore luteo, majore, Italicum. Ciſtus Halimi folio, flore luteo majore, Italicus *Barr. Icon. 291.* Superiori *Hiſpanico* frutex eſt minor, tres aut quatuor cubitos tantùm altus. Folia ejus utrinque acuta & minora quàm in *Hiſpanico*, ut & flores. In littore maris juxta Terracinam, viâ quâ itur ad Divum Felicem densè ramoſum hunc fruticem obſervabat Barr.

527. Helianthemum, Halimi minoris folio. Ciſtus Halimi minoris folio *Barr. Icon. 287.*

528. Helianthemum Halimi minoris folio, Hiſpanicum. Ciſtus Halimi minoris folio, Hiſpanicus *Barr. Icon. 1316.*

529. Helianthemum Halimi minoris folio, minus. Ciſtus Halimi minoris folio, minor *Barr. Icon. 289.*

530. Helianthemum Halimi minoris foliis in verticillos compactis. Ciſtus humilis, compactis in verticillos minoris Halimi foliis *Barr. Icon. 327. & Bocc. Muſ. part. 2. 76. Tab. 64.*

531. Helianthemum fruteſcens, folio Majoranæ incano *Inſt. R. Herb. 249.* Ciſtus incanus, Majoranæ folio, Hiſpanicus *Barr. Icon. 313.*

532. Helianthemum Lavandulæ folio *Inſt. R. Herb. 249.* Ciſtus Lavandulæ latifoliæ folio *Barr. Icon. 288.*

533. Helianthemum Lavandulæ folio anguſtiori. Ciſtus lavandulæ folio, thyrſoides *Barr. Icon. 293.*

534. Helianthemum anguſto Roriſmarini folio. Ciſtus anguſto Libanotidis folio, flore ſingulari *Barr. Icon. 294.*

535. Helianthemum ſupinum, Hyſſopi foliis villoſis. Chamæciſtus ſupinus, Hyſſopi foliis villoſis *Barr. Icon. 818. & Bocc. Muſ. part. 2. Tab. 10.* Vires Helianthemi vide in Hiſt. Rai 1014.

Has elegantes Helianthemi ſpecies in Hiſpaniâ præſertim collegit Barr. Nulla enim regio harum tam ferax eſt.

536. Saxifraga Sedi folio longiore & anguſtiore ſerrato. Sedum montanum, ſerratum, roſeum, flore purpureo *Barr. Icon. 373.* Varietas ſequentis.

537. Saxifraga Sedi folio anguſtiore, ſerrato *Inſt. R. Herb. 252.* Sedum montanum, roſeum, ſerratum flore guttato *Barr. Icon. 1311. n. 1.* Umbilicus veneris minor *1. & 2. Tabern. Icon. 847.* Variat hæc planta foliis modò brevioribus, modò longioribus, quæ variationes exprimuntur in tabulis Barrelieri 1. 2. & 3. id eſt Icon. 1311. 1309. & 1312.

538. Saxifraga foliis ſubrotundis, ſerratis *Inſt. R. Herb. 252.* Sedum montanum, roſeum, ſerratum, foliis ſubrotundis *Barr. Icon. 1310.*

539. Salicaria Corvini, thyrſoides, flore purpuro-violaceo, Virgæ aureæ folio *Barr. Icon. 1205.* Ab Equite Corvino habuit Barr.

540. Salicaria Hyſſopi folio latiore *Inſt. R. Herb. 253.* Polygonum aquaticum, majus *Barr. Icon. 773. n. 1.* Hyſſopifolia aquatica *I. B. 3. 792.* Pumila

Digitized by Google

mila eſt planta humi procumbens, longis & flexuoſis cauliculis latè ſe ſpargens, cujus radix alba, tenera, in internodiis fibroſa & capillata. Folia uncialia ut plurimum quæ majora ſunt, Liniformia, lætiùs virentia, medioque nervo ſtriata. Flores ex foliorum alis emergunt pentapetali, purpurei, unguibus petalorum albidis, tribus ſaturatæ purpuræ lineis & juxta fauces quinque ſtaminibus purpuraſcentibus, cum apicibus aureis, decorati. Flos longè major ſequenti, & ſapor hebetior. Juxta ſerpentes aquarum rivulos, humidis etiam locis Romæ & in Campaniâ Romanâ provenit.

541. Salicaria minima, tenuifolia *Inſt. R. Herb. 254.* Polygonum aquaticum, minus *Barr. Icon. 773. n. 11.* Hyſſopifolia minor, vel potius Thimifolia, maritima *I. B. 3. 792.* Annua eſt plantula ſurrecta, quæ radice potitur tenui, albo-ſordidâ in varios ramos fibrillaſque diviſâ, è quâ cauliculus ſtriatus & quaſi alatus rectuſque ſurgit in varios ramos decuſſatim diviſus, quibus folia anguſta vix ſemuncialia, obtusè rotunda, è viridi nonnihil albida & ſubcinerea alternatim adhærent. Ex eorum alis flores parvi purpuraſcentes, Gallii floribus vix majores, ſurſum erecti, brevi pediculo oblongoque calyce impoſiti erumpunt ſingulares, quibus evanidis nonnihil intumeſcunt calyces ad latera ſtriati, quatuor aut quinque dentibus extuberantibus coronati. Junio florebat in uliginoſis pratis viâ Lauretanâ, primo à ponte Milvio milliari.

542. Hypericum ſaxatile, Ericoides, glauco folio. Coris lutea, Ericoides, fruticans, Hiſpanica *Barr. Icon. 351. & Bocc. Muſ. part. 2. Tab. 74.* Nec hujus, nec ſequentis deſcriptionem invenio.

543. Hypericum montanum, folio lato, ramoſum. Androſoemum montanum, minus *Barr. Icon. 490. & Bocc. Muſ. part. 2. 50. Tab. 144.* Hyperici vires vide in Hiſt. Raii 1018.

544. Pyrola longo folio, flore albo ſingulari, Polonica *Barr. Icon. 1156. n. 11.* Pyrola Alſines flore, Europæa *C. B. Prodr. 100.* Alſinanthemon *Thal. Sylv. Harc. & Olhaſ. Elench. Plant. Dant.* A Corvino habuit Barr.

545. Ruta ſylveſtris, Linifolia, Hiſpanica *Barr. Icon. 1186. & Bocc. Muſ. part. 2. 82. Tab. 73.* Deſcriptam non invenio in ſcriptis Barrelieri. Vires Rutæ vide in Hiſt. Raii 875.

546. Garidella foliis tenuiſſimè diviſis *Inſt. R. Herb. app. 565.* Oenanthe Indica, ſemine cordato *Barr. Icon. 1240.* Nigellaſtrum raris & Fœniculaceis foliis *H. R. Monſp.* Pictam communicabat Eques Corvinus. Ramus tantùm medius optimè delineatus, laterales malè.

547. Ciſtus latifolius, magno flore *Barr. Icon. 1315.* Nec hujus, nec ſequentium deſcriptiones invenio.

548. Ciſtus Ledum, ſalviæ folio, Hiſpanicus *Barr. Icon. 314.*

549. Ciſtus Ledon, Majoranæ foliis. Ledum folio Sampſuchi *Barr. Icon. 817.* Hypociſtidis, Ladanique vires, uſus, & colligendi modum vide in Hiſt. Raii 1008.

550. Sedum majus, non denticulatum, flore purpureo montanum *Barr. Icon. 394.* Sedum majus, montanum, foliis non dentatis, floribus rubentibus *C. B. Pin. 283. Raii Hiſt. 688. La grande Jonbarbe des montagnes.* Montibus Apenninis gaudet, necnon in valle Barſilionenſi. Vires Sedi vide in Hiſt. Raii 687.

Digitized by Google

551. Sedum montanum, roſeum, minus, reticulatum *Barr. Icon. 391. n. 1. & 393.* Sedum montanum, tomentoſum, minus *Inſt. R. Herb. 262.* Sempervivum rubrum, montanum, Gnaphalodes *Col. part. 1. 291.* Hujus elegantis plantæ primus mentionem fecit Fabius Columna l. c. ſed quia, inquit Barr. non ſatis diſtincta Columnæ Icon, aliam exhibere volui. Frequentem inveniebat in ſupercilio collium qui juxta lacum ad radicem ſummi montis Neurſini poſitum, in latâ planitie obverſâ pago quem *Caſtelluco* vocant, ad meridiem inter ſcopulorum rimas. Nos in editioribus montibus ſupra Vapincum & vallis Barſilionenſis copioſum vidimus.

552. Sedum majus, non reticulatum, flore purpureo, montanum, anguſtifolium *Barr. Icon. 391. n. 11.* Sedum Alpinum, ſubhirſutum, folio longiore *H. R. Par.* Folia huic anguſtiora, vix ſemunciam longa & ſeſquilineâ latiora, tenui pubentia lanugine, pinguia, acuta, numeroſâ ſerie & imbricatim in ſingulis ocellis impoſita. Ex Aprutii montibus habuit Barr.

553. Sedum montanum, umbilicatum, incanum, minus, flore ſaturatè purpureo. *Barr. Icon. 374.* Minores huic quàm ſuperioribus ocelli in globum clauduntur foliis in ſe coeuntibus, incanâque prorsùs lanugine conteguntur. Ut in caulem aſſurgit vix Icone majorem, rara ſecundùm ejus longitudinem ſparguntur folia. Flores in ſummo caulis in umbellam ſe explicant ſuperiorum formâ, ſtellati, ſed minores, ad oras ciliaribus pubentes villis, petalis mediâ lineâ ſaturè violaceâ ſecundùm longitudinem ſtriatis: ſtamina in umbilico plurima ſurrecta, purpurea, ſuis onuſta apicibus. Creſcit in jugis Amatricenſium in Aprutio.

554. Sedum montanum, Cepææ folio, flore albido. Cœpæa montana minor albido flore *Barr. Icon. 1170.* Albenti fragilique è radiculâ plures humi fundit, teretes, carnoſos repandoſque cauliculos foliis plurimis, carnoſis, oblongis & *Cepææ* vel Roſæ in modum collectis coronatos. Flores per caules triunciales diſperſi albeſcunt, iiſque ſuccedunt pericarpia ex quinque vaginulis ſeu corniculis compacta, ſemine minuto & nigricante fœta. Florebat Junio in montibus Eremi D. Bartholomæi Romam inter & oppidum Ananiam.

555. Sedum roſeum, ſerratum, I, longiùs radicatum *Barr. Icon. 392.* Nec hujus, nec ſequentium deſcriptiones invenio in ſcriptis Barrelieri. Videntur prima eſſe germina Sedi aut *ſaxifragæ folio ſerrato*, nec poſſunt ad ſua genera rectè reduci, cùm floribus careant, ac proindè notis characteriſticis deſtituantur.

556. Sedum roſeum, ſerratum, II. acuto folio *Barr. Icon. 392.*

557. Sedum roſeum, ſerratum, III. curvo folio *Barr. Icon. 392.*

558. Sedum roſeum, ſerratum, IV. obtuſo folio *Barr. Icon. 392.* Palmaria *Tabern. Icon. 842.*

559. Sedum roſeum, ſerratum, V. majus Barr. Icon. 392.

560. Anacampſeros minor, purpurea *I. B. 3. 682.* Telephium anguſtifolium, minus, ſerratum, purpureum *Barr. Icon. 837.* Telephium purpureum, minus *C. B. Prodr. 133. L'Orpin ou Repriſe à fleur purpurine.*

561. Anacampſeros Luſitanica, hœmatodes, maxima, flore albido *Inſt. R. Herb. 264.* Telephium majus, ſubrotundo folio, floribus albicantibus *Barr. Icon. 838. L'Orpin ou Repriſe de Portugal à fleur blanchâtre.* Vires vide in Hiſt. Rai 690. Luſitanica adhibetur Anacampſeros in hœmophtiſi, unde nomen inditum hœmatodes.

562. Tribulus terreſtris, minor, incanus, Hiſpanicus *Barr. Icon. 558.* A *Tribulo terreſtri vulgari*, qui frequens eſt in Italiâ, Campaniâ Romanâ, Romæque juxta vias & muros horti Matthæorum viâ Appiâ, foliis diſtinguitur denſiùs

denſiùs compreſſis, obtuſioribus, villis porrò & canitie quibus tota planta obducitur: In vulgari enim glabra & atrovirentia ſunt folia. In agro Madritenſi Caſtiliæ novæ tantummodo obſervabat Barr. Vulgaris tamen Monſpelii, dum erumpit, incanus videtur, hinc Hiſpanicum à vulgari non diſtinguendum cenſerem.

563. Juncago maritima. Juncus bulboſus, maritimus, floridus, ſiliquoſus *Barr. Icon. 271.* Hyacinthi parvi facie, Gramen triglochin *I. B. 2. 508. Raii Hiſt. 1308.* Tota planta glabra eſt, ex radice bulboſâ Allii modo & fibroſâ ſena aut octona emittit folia juncea, cylindracea, nonnihil tamen compreſſa & carinata, erecta acutaque, ex quorum medio exurgit cauliculus ſeu culmus rotundus, teres, nudus, ruſeſcens, in laxiorem deſinens ſpicam florum tetrapetalorum, tumentium & globoſorum, ex albo viridique rubeſcentium, quorum medium occupat piſtillum quod abit in fructum trigonum, trifariam dehiſcentem. In maritimis ad Oſtia Tyberina Aprili florentem reperiebat Barr. Nos in maritimis Galliæ Narbonenſis & Monſpelienſis agri. A Juncagine paluſtri perennibus diſtinguitur radicibus.

564. Geranium minus, Saniculæ folio, albo flore *Barr. Icon. 87.* Foliis pollet *Saniculæ fœminæ*, id eſt, *Aſtrantiæ*, glabris, lucidis, dilutius tamen virentibus & minoribus, ſed ſimiliter per oras ſerratis, in quinos æquales lobos altiùs diviſis & ſemunciali pediculo hærentibus. Caules illi ramoſi quos folia alterna veſtiunt appendicibus anguſtis & acutis ſtipata quæ caulium genicula complectuntur. Flores quinque petalis ſinuoſis ſeu cordatis conſtant calyce virenti comprehenſi. Stamina decem ſuis onuſta apicibus luteis piſtillum ambiunt quod abit in fructum quinis ſeminibus compoſitum acu ſuâ munitis, & quæ maturo ſemine in ſpiram torquetur. Ex agro Urbevetano miſſum fuit.

565. Geranium Batrachioides, flore purpureo, reflexo, Italicum. *Barr. Icon. 39.*

566. Geranium hœmatodes, purpureum, parvo flore, Italicum *Barr. Icon. 67.* Varietas videtur *Geranii hœmathodis*, ſive *flore ſanguineo*, flores duplo minores, foliaque ejus majora vix uncialia. In ſylvis cæduis Aprutii reperit Barr.

567. Geranium montanum, rotundifolium, perenne, flore purpureo majori *Barr. Icon. 40. & Bocc. Muſ. part. 2. 82. Tab. 72.* Radice nititur perenni, digito craſſiori & in plures alias diviſâ, è luteo rubeſcente, multaque in capita ſe ſpargente, ex quibus plurima erumpunt folia humifuſa, uncialia, ſubhirſuta & minora quàm in *Geranio Columbino* vulgari; ex eorum medio plures eriguntur cauliculi pediculis foliorum vix craſſiores, villoſi, foliis nudi & in ſummo ramoſi, vix tres uncias alti, quibus inſident flores vulgari Columbino triplo majores, è purpurâ dilutâ rubentes. Magnitudinem naturalem habes è ramo exciſo. Florebat Junio in pratis Neurſinorum montium. Planta vix Icone major: at in horto tranſlata longè ampliora folia, cauleſque proferebat, & Junio, Julio, Auguſtoque flores dabat. Nos in monte Ventoſo propè Avenionem reperimus.

568. Geranium Myrrhinum, tenuifolium, amplo flore purpureo *Barr. Icon. 1245.* A *Geranio Cicutæ folio minori & ſupino C. B. Pin. 319* diſcrepat radice craſſiuſculâ, perenni, longâ, craſsâ & diviſâ quæ multa edit folia humifuſa, Myrrhidis æmula, tenuia, ad nervum inciſa, ſemipalmum longa, foliolis quaſi compoſita ſemuncialibus. Ex eorum medio ſurgunt cauliculi ſupini modò, modò erecti, nudi, qui tres quatuorve flores ſuſtinent ſemuncialis diametri, purpurâ accenſâ rubeſcentes, & longè ampliores quàm in *minori Geranio Cicutæ folio*, petalis in extremo rotundis. Acus unciales floribus ſuccedunt,

Digitized by Google

cedunt. Romæ per vias & agrorum margines frequens; Floretque Martio, nec odoris ſaporiſve eſt ingrati.

569. Geranium Creticum, minus, ſive alterum, villoſum *Barr. Icon. 492.* Geranium Chryſanthemi Cretici folio, Neapolitanum *Bocc. Muſ. part. 2. 93. Tab. 83.* Folia promit *Ranunculi vulgaris* formâ, in tres lobos ad pediculum & nervum uſque planè ſciſſa, ſubrotundos, per oras ſerratos, aliquandò altius inciſos & ſinuoſos, ſena aut quaterna, humifuſa, pediculis triuncialibus hærentia, & è radice longâ tenui & in fibras deſinente erumpentia. Ex eorum medio caulis aſſurgit geniculatus, craſſior & palmaris, cujus ſingula internodia binis & oppoſitis inſtruuntur foliis ſenſim minoribus & tenuioribus (ut in Icone Boccone exprimitur) & in extremo ex foliorum alis prodeunt flores ſingulares aut bini, pediculis fulti, purpuro-violacei & paulò minores quàm in *Geranio fuſco* aut *Gratia Dei.* Fructus roſtrum Gruinum repræſentat; acuſque fructu maturo in ſpiram contorquentur.

570. Geranium Creticum, maximum Corvini *Barr. Icon. 1167.* Geranium latifolium, acu longiſſimâ *C. B. Pin. 319. Raii Hiſt. 1056.*

571. Geranium noctu odorum, Indicum *Barr. Icon. 68.* Geranium triſte *Corn. 110.*

572. Thalictrum Batrachioides, minus, flore albo, Italicum *Barr. Icon. 480. & Bocc. Muſ. part. 2. 84. Tab. 79.* Thalictrum montanum, præcox *Inſt. R. Herb. 271.* Ranunculus præcox, iij, Thalictri folio *Cluſ. Hiſt. 233.* In ſylvâ Blæſenſi in Galliâ provenit, necnon in Delphinatu non procul Gratianopoli in Querceto viâ quâ itur ad Herbiſcum rurale palatium Epiſcopi Gratianopolitani, & in ſylvâ montis Arverni Etruriæ in declivi ad ortum juxta viam. In Icone damus floris & ſiliculæ formam & juſtam magnitudinem, inquit Barrelierus. Florebat Romæ Martii initio in horto ſancti Xyſti, ſemen initio Maii matureſcebat, quod in binis aut ternis ad ſummum ſiliculis loculatis, compreſſis, planis, falcatis, latiuſculis; flori ſuccedentibus continebatur rotundum, & rufum ut annotavit Cluſius l. c. Siliculæ nimiùm ampliatæ mihi videntur, fortè pictoris negligentiâ.

573. Helleborus niger, trifoliatus *Ald. Hort. Farneſ. 92. Raii Hiſt. 698.* Elleboraſter Indicus, trifolius *Barr. Icon. 1143.* Vires Hellebori vide Hiſt. Raii 697.

574. Anemone latifolia, flava 1. Cluſii *Barr. Icon. 792. Cluſ. Hiſt. 248.* Anemone Cyclaminis ſeu Malvæ folio, lutea. *C. B. Pin. 173. L'Anemone a fleur jaune.*

575. Ranunculus Tripolitanus, grumoſâ radice, flore phœniceo Imperati *Barr. Icon. 582. & Imper. 673. La Renoncule du Levant à fleur ſimple.* Icon. Barr. ex Imper. l. c.

576. Ranunculus Alpinus, Coriandri folio, flore albo purpuraſcente *Barr. Icon. 456.* Ranunculus Alpinus, folio Coriandri *Pon. Bald. Ital. 197.* Ranunculus Rutaceo folio, flore ſuavè rubente *C. B. Pin. 181.* Icon. Barr. ex Pon. l. c. In Alpibus Delphinatûs ad radices criſtæ editæ montis *de Lens,* oppido *Bourgdoyſan* imminentis provenit.

577. Ranunculus tenuifolius, luteus, grumoſâ radice, Soractenſis, ſeu Italicus *Barr. Icon. 581.* Ranunculus Chærophyllos, Aſphodeli radice *C. B. Pin. 181.*

578.

Digitized by Google

578. Ranunculus minor, Rutæ folio, flore ſimplici, grumoſâ radice, Italicus *Barr. Icon. 1153. n. 11.*

579. Ranunculus minimus, Apulus Columnæ, luteus *Barr. Icon. 791. Col. part. 1 316.* Ranunculus arvenſis, parvus, folio trifido *C. B. Pin. 179.*

580. Ranunculus Ceratophyllos, ſeminibus falcatis in ſpicam adactis *Mor. Hiſt. Oxon. part. 2. 440.* Cratæogonum pumilum, luteum, Abſinthii foliis, Hiſpanicum *Barr. Icon. 375.* Cratæogonum Hiſpanicum *Ejuſd. Icon. 376. n. 11.* Melampyrum luteum, perpuſillum *Lob. Adv. 10. & Raii Hiſt. 583.* Monſpelii eundo ad Boutonetum, & in Hiſpaniâ inter ſegetes Caſtiliæ veteris verè floret, brevique perit.

581. Ranunculus albus, Apenninus, Saniculæ majoris folio *Barr. Icon. 88.* Ranunculus flore albo, Alpinus, major *I. B. 3. App. 860.* Sæpiùs nobis fuit obvius in Alpibus, in valle Barſilionenſi, in monte Pilati ſupra Lugdunum, & apud Sebennas in monte Calcaris, vulgò *l'Eſperon.*

582. Ranunculus montanus, hirſutus, humilior, Narciſſi flore *C. B. Pin. 182.* Pulſatilla trianthos, ſulfurea, ſemine non papposo *Barr. Icon 494.* Ranunculi montani ij. ſpecies altera *Cluſ. Hiſt. 235. & Raii Hiſt. 590.* In Herbidis pratis ſummorum jugorum Apennini montis in Aprutio apud Amatricenſes reperiebat Barr. Nos in Editioribus pratis humidis vallis Barſilionenſis, præſertim circa oppidum *l'Arche* copioſum vidimus. Flos albus eſt qui exſiccatus ſulfureus evadit. Folia & ſemina in Icone Barr. optimè, flos verò malè expreſſus.

583. Ranunculus Fœniculaceis foliis, Hellebori nigri radice *H. R. Monſp.* Elleborus Ferulaceus Lobelii, Buphtalmum Dodonæi, fortè Pulſatilla lutea Corvini *Barr. Icon. 1178.* Helleborus niger, tenuifolius, Buphtalmi flore *C. B. Pin. 186.*

584. Ranunculus aquaticus, albus, lato & Fœniculi folio, Italicus *Barr. Icon. 565.* Ranunculus aquaticus, folio rotundo & capillaceo *C. B. Pin. 180. Raii. Hiſt. 586.* Frequens per Galliam & Italiam in foſſis pratorum, lacubus, & rivulis.

585. Ranunculus aquaticus albus, Fœniculi folio *Barr. Icon. 566.* Ranunculus aquatilis omninò *I. B. 3. 781. & Raii Hiſt. 586.* In Paluſtribus Pomptinis viâ Appiâ, circa oppidum *Sermonetta*, obſervabat Barr. Nec minùs frequenter per Galliam occurrit.

586. Ranunculus aquaticus, Plantaginis folio anguſtiore *Inſt. R. Herb. 292.* Plantago aquatica, anguſtifolia, Polonica Corvini *Barr. Icon. 1157.* A Corvino habuit.

587. Clematitis cærulea, erecta *C. B. Pin. 300.* Clematis cærulea, Pannonica *Barr. Icon. 397. & Cluſ. Hiſt. 123.*

588. Caryophyllata Alpina, minima, flore aureo *Barr. Icon. 399.* Caryophyllata Alpina, minima, 1. *Pon. Bald. Ital. 203.* Caryophyllata Alpina, minor *C. B. Pin. 322. La Benoite des Alpes.* In ſummis Alpium pratis, præſertim in deſerto majoris Carthuſiæ ſupra Gratianopolim in Delphinatu obvia eſt.

589. Caryophyllata Alpina, tenuifolia, incana, flore luteo, longiùs radicata *Barr. Icon. 400. & Bocc. Muſ. part. 2. 160. Tab. 128.* Caryophyllata Alpina, minima. 2. *Pon. Bald. Ital. 205.* Caryophyllata Alpina, Apii folio *C. B. Pin. 322.* Icon. Barr. ex Pon. Bald. l. c. In monte *de Lens* ſupra oppidum *Bourgdoyſan* in Delphinatu eruebat Barr. Nos inter ſaxa montis *Touron* in valle Barſilionenſi collegimus. Caryophyllatæ vires vide in Hiſt. Raii 607.

590. Fragaria flore pleno, fructu rubello *Barr. Icon. 89.* Fragaria fructu rotundo, ſuaviſſimo, flore duplici *H. R. Par. Le Fraiſier à fleur double.* A vulgari diſtinguunt flores pleni & numeroſis petalis fœti. Fructus ejus nonnihil vulgari majores, grumoſiores, rotundiores, optimi ſaporis & ſuavè rubentes; eodem tempore matureſcunt.

591. Fragaria ſpinoſo fructu *Barr. Icon. 90.* Fragaria fructu hiſpido *Ger. Emac. 998. & Raii Hiſt. 609.* Fructus hujus ſpinulis undique horrent & Echini modo, duris, incurvis, è fuſco viridibus, brevibus & inter acinos fructuum enaſcentibus facilèque delabentibus; adeò ut niſi mundentur à ſpinis, deglutiri non poſſint, ſed demptis ſpinulis ſuaviter comedantur. Veſpaſiano Robino debetur.

592. Fragaria ſterilis, ſylveſtris, ſericea ſeu incana *Mor. Hiſt. Oxon. part. 2. 187.* Trifolium montanum, luteo Tormentillæ flore, cineraceum *Barr. Icon. 710.* Fragariæ affinis, ſericea, incana *C. B. Prodr. 139.* In montibus Gallo-provinciæ nobis fuit ſæpiùs obvia, necnon propè Valentiam urbem Delphinatûs juxta vias. Fragariæ vires vide in Hiſt. Raii 610.

593. Quinquefolium minus, cineraceum, luteo flore. Pentaphyllum montanum, minus, luteo Tormentillæ flore, cineraceum *Barr. Icon. 709.* Nec hujus, nec ſequentis deſcriptionem invenio.

594. Quinquefolium minus, luteum, Hiſpanicum. Pentaphyllum minus, luteum, Alchimillæ facie, Hiſpanicum *Barr. Icon. 727.* Quinquefolii vires vide in Hiſt. Raii 611.

595. Phytolacca Americana majori & minori fructu *Inſt. R. Herb. 299.* Solanum majus, ramoſum *Barr. Icon. 150.* Solanum racemoſum, Americanum *Raii Hiſt. 662.* Mechoacanæ loco radices hujuſce plantæ in potionibus purgantibus & Electuariis ſolutivis uſurpant Chirurgi Acadienſes & Canadenſes.

596. Aralia Canadenſis *Inſt. R. Herb. 300.* Panax χαρπῖμος, racemoſa, Canadenſis *Barr. Icon. 705. & Corn. 75.* Icon. Barr. ex Corn. Hiſt. l. c.

597. Smilax unifolia, humillima *Inſt. R. Herb. app. 564.* Lilium convallium minus Bauhini, Unifolium Dodonæi, Gramen Parnaſſi Mathioli *Barr. Icon. 1212.* Unifolium *Dod. Pempt. 205.*

598. Smilax ſpicata, Polygonati folio *Inſt. R. Herb. app. 564.* Polygonatum latifolium, ſpicatum, majus, flore albo, Canadenſe *Barr. Icon. 712.* Polygonatum ſpicatum, fertile *Corn. 34.* Icon. Barr. ex Corn. Hiſt. l. c.

599. Smilax quæ Polygonatum ſpicatum, ſterile *Corn. 32.* Polygonatum latifolium, ſpicatum, flore albo, Virginianum *Barr. Icon. 711. n. 11.* Icon. Barr. Ex Corn. Hiſt. l. c. Fructum rotundum, ſuperiori diſſimilem & minorem ei tribuit Barr.

600. Smilax racemoſa, Polygonati folio *Inſt. R. Herb. app. 564.* Polygonatum racemoſum, flore albo, Canadenſe *Barr. Icon. 724.* Polygonatum racemoſum *Corn. 36.* Icon. Barr. ex Corn. l. c.

601. Smilax perfoliata, ramoſa, flore albo. Polygonatum latifolium, ramoſum, flore albo, minus, Germanicum *Barr. Icon. 720.* Polygonatum ramoſum *Dod. Pempt. 346.* Icon. Barr. ex Dod. l. c. In Delphinatûs montibus reperit Barr.

602.

Digitized by Google

602. Smilax Alpina perfoliata & ramoſa, flore luteo. Polygonatum ramoſum, perfoliatum, luteum, Alpinum *Barr. Icon. 719.* A Polygonato ramoſo ſequenti diſtinguitur fructûs formâ, modò legitima ſit Icon. Barr. In monte Divi Hugonis, deſerto majoris Carthuſiæ necnon circa oppidum *Bourgdoyſan* in tractu Alvarienſi collegiſſe aſſerit.

603. Polygonatum ramoſum, flore luteo, majus ſeu latifolium & anguſtifolium flore pallido, Canadenſe *Barr. Icon. 723.* Polygonatum ramoſum, flore luteo, majus *Corn. 39.* Icon. Barr. ex Corn. Hiſt. l. c. Planta eſt ſui generis nullique proprio adhuc adſcripta. Utrumque Polygonatum latifolium ſcilicet & anguſtifolium in Horto Regio poſſidemus, ſuntque diſtinctæ ſpecies, ut monet Cornutus.

604. Agrimonia odorata *Camer. Hort.* Agrimonium odoratum *Barr. Icon. 611.* Eupatorium odoratum *C. B. Pin. 321. Raii Hiſt. 400. L'Aigremoine odoriferante.* Gaudet montibus Latii & Sabinarum, ac ſylvis editioribus Italiæ, necnon collibus Tiburtinis ſecundùm Albulam. Vires vide in Hiſt. Raii l. c.

605. Agrimonoides ſemine glabro *Barr. Icon. 612.* Agrimonoides *Col. part. 1. 145. & Raii Hiſt. 400.*

606. Onagra latifolia, floribus amplis *Inſt. R. Herb. 302.* Lyſimachia lutea, corniculata, latifolia, Luſitanica *Barr. Icon. 1232.*

607. Onagra anguſtifolia *Inſt. R. Herb. 302.* Lyſimachia latifolia, ſpicata, lutea, Luſitanica *Barr. Icon. 989.*

608. Onagra anguſtifolia, caule rubro, flore minore *Inſt. R. Herb. 302.* Lyſimachia anguſtifolia, ſpicata, lutea, Luſitanica *Barr. Icon. 990.*

609. Leontopetalon foliis coſtæ ramoſæ innaſcentibus *Cor. Inſt. R. Herb. 49.* Leontopetalum vulgare *Barr. Icon. 1030.* Leontopetalum ramoſum, Polyanthos *Ejuſd. Icon. 1023.* Leontopetalon *Dod. Pempt. 69.*

610. Leontopetalon foliis coſtæ ſimplici innaſcentibus *Cor. Inſt. R. Herb. 49.* Oxalis tuberoſa, Syriaca Aldini, flore luteo, reticulato, foliis maculatis Corvini *Barr. Icon. 1113.* Chryſogonum Dioſcoridis *Lugd. app. 28.* A Corvino plantam hanc vivis coloribus pictam habuit Barr. ſed malè quidem delineatam.

611. Apium Luſitanicum, rotundifolium *Inſt. R. Herb. 305.* Oreoſelinum rotundifolium, Hiſpanicum *Barr. Icon. 350.*

612. Cicuta montana, tenuifolia *Barr. Icon. 1161. La Cigue de montagne.* Caule, foliis, floribus, umbellis & ſemine vulgari ſimilis eſt, ſed huic folia longè tenuiora, lucida, atrovirentia & fœtida ſunt. Semen in umbellis globoſum, ſubacutum, & ſtriatum. Flores albicant. Julio florebat, ſemen Auguſto matureſcebat. Vires Cicutæ vide in Hiſt. Rai 450.

Digitized by Google

613. Bulbocaſtanum alterum, caule firmiore *Barr. Icon. 244.* Bulbocaſtanum majus, Apii folio *C. B. Pin. 162. & Raii Hiſt. 440. La Terre noix.* Uſum vide in Hiſt. Raii l. c.

614. Sium aromaticum, Siſon Officinarum *Inſt. R. Herb. 308.* Ammi Sii vel Laveris folio, flore albo, ſemine nigro *Barr. Icon. 1190.* Siſon ſive officinarum Amomum *I. B. 3. part. 2. 107.*

615. Tragoſelinum majus, umbellâ candidâ *Inſt. R. Herb. 309.* Saxifraga major, Germanica, foliis altiùs inciſis *Barr. Icon. 243.* Saxifragia hircina, major *I. B. 3 part. 2 109. Le Boucage.*

616. Tragoſelinum majus, alterum *Inſt. R. Herb. 309.* Daucus 3. Lugdunenſis Hiſtoriæ *Barr. Icon. 1199. & Lugd. 717.*

617. Tragoſelinum majus, foliis diſſectis. Pimpinella ſaxifraga, hircina, major, foliis altè inciſis, montana, Italica *Barr. Icon. 737.*

618. Tragoſelinum minus *Inſt. R. Herb. 309.* Pimpinella ſaxifraga, hircina, minor, montana, foliis altè inciſis *Barr. Icon. 738.*

619. Tragoſelinum annuum, rotundifolium, Italicum. Saxifraga rotundifolia, flore albo, annua, Italica *Barr. Icon. 242. & Bocc. Muſ. part. 2. 85. Tab. 80.* Apium peregrinum, foliis ſubrotundis *C. B. Prodr. 81.*

620. Tragoſelinum Italicum, minus, umbellis nutantibus. Saxifraga viminea, albis nutantibus umbellulis, Italica *Barr. Icon. 1184.* Vires & uſus Pimpinellæ ſaxifragæ vide in Hiſt. I. Bauh. l. c. & in Hiſt. Raii 445.

621. Buplevrum perfoliatum, longifolium, annuum *Inſt. R. Herb. 310.* Perfoliata minor, folio acuto *Barr. Icon. 1128.* Perfoliata humilis, Alpina *Bocc. Muſ. part. 2. 76. Tab. 63. La Perce-feuille annuelle.*

622. Buplevrum 3. minimum Fabii columnæ *Barr. Icon. 1248. & Col. part. 1. 85. & 247.* Buplevrum anguſtiſſimo folio *C. B. Pin. 278.*

623. Buplevrum fruticans, anguſtifolium, Hiſpanicum *Barr. Icon. 1255.* Buplevrum Hiſpanicum, arboreſcens, gramineo folio *Inſt. R. Herb. 310.* Caulem edit cubitalem, erectum, ramoſum, craſſiuſculum, firmum, abs radice craſsâ, Fœniculaceâ perennique emergentem, quot annis pereuntem, ita ut novus enaſcatur, tortuoſus, geniculatus, anguſtis & ſeſcunciam quandoque longis, acutis, longumque in mucronem deſinentibus, firmis, ſtriatis, glabris, amplexicaulibus, pallidè virentibus foliis alternis inſtructus, in ramos plures ſurrectos diviſus, cujus extrema comantur umbellâ florum luteorum ſeu herbaceorum & *Buplevri*, ſed parvorum, vixque apparentium; quibus ſuccedunt ſemina tenuia & oblonga. Sapore acri & valido præditum & odore Panacis. In Regni Valentini aridioribus incultis glareoſiſque locis viget. Vires & uſus Perfoliatæ vide apud Schroderum, Camerarium & Simonem Pauli.

624. Chærophyllum ſylveſtre, alterum, geniculis tumentibus *H. R. Par.* Daucus Selinoides, tuberoſis geniculis, Illyridis ſemine *Barr. Icon. 1177.* Myrrhis ſylveſtris, Cretica, nodoſa, ſeminibus aſperis *Raii Hiſt. 432.* Verſaliis obſervavit D. Vaillant Plantarum Prodemonſtrator.

625. Myrrhys Cicutaria, minor, perennis, πολύρριζος *Barr. Icon. 555.* Cicutaria bulboſa, eſculenta *Bocc. Muſ. part. 2. 171. Tab. 123.*

626.

626. Myrrhis Paſtinacæ foliis lætè virentibus *Cor. Inſt. R. Herb. 22.* Seſeli ſubrotundo Selini folio, flore luteo, Italicum *Barr. Icon. 241.* Daucus Siculus, Paſtinacæ foliis *Zan. Hiſt. 78. Tab. 30. & Raii Hiſt. 444.*

627. Imperatoria atro-purpurea, Canadenſis. Angelica atro-purpurea, Canadenſis *Barr. Icon. 1319. & Corn. 199. L'Angelique à tige rouge.* Icon Barr. ex Corn. l. c.

628. Imperatoria lucida, Canadenſis *Inſt. R. Herb. 317.* Angelica lucida, Canadenſis *Barr. Icon. 1320. & Corn. 197.* Icon Barr. ex Corn. l. c.

629. Peucedanum Italicum, longioribus foliis, ſeu majus *Barr. Icon. 78.* Peucedanum majus, Italicum *C. B. Pin. 149. I. B. 3. part. 2. 36. & Raii Hiſt. 416. La Queue de Pourceau.*

630. Sphondylium vulgare, flore albo *Barr. Icon. 371.* Sphondylium quibuſdam, ſive Branca Urſina Germanica *I. B. 3. part. 2. 160. & Raii Hiſt. 408. La Berce.*

631. Sphondylium vulgare, foliis acutè inciſis *Barr. Icon. 56.* Sphondylium hirſutum, foliis anguſtioribus *C. B. Pin. 157. & Prodr. 83.*

632. Sphondylium ſive Panax Heracleum, tenuiùs inciſis foliis, Italicum. Panax Heracleum altè, acutè, & tenuiùs inciſis foliis Italicum, *Barr. Icon. 707. & Bocc. Muſ. part. 2. Tab. 99.* Folia promit aſpera, hiſpida, longo adnata pediculo, in tenuiſſimas acutaſque lacinias diviſa & per oras acutè ſerrata. Caulis altus, rectus, ſtriatus, hirſutus, ſubrubens, rara & alterna per intervalla foliis minoribus inſtructus, in ſummo brachiatus & diviſus umbellas albas ſuſtinet. Semen acre, odorum & mordax. Radix & cætera ut aliis Sphondyliis. In prætaltis montibus deſerti Camaldulenſis in Etruriâ, humidis & umbroſis locis provenit.

633. Sphondylium ſeu Panax Heracleum, alterum, foliis tenuiſſimè incicſis. Panax Heracleum, albo flore, altiùs inciſis, acutioribuſque foliis *Barr. Icon. 372.* Varietas eſt ſuperioris ratione culturæ.

634. Sphondylium glabrum, montanum, albo flore *Barr. Icon. 55.* Sphondylium Alpinum, glabrum *C. B. Prodr. 83.*

635. Sphondylium rotundioribus & minoribus foliorum lobis. Panax Heracleum, minoribus & rotundioribus foliis; an Laſerpitium Penæ & Lobelii? *Barr. Icon. 708.* Laſerpitium *Lob Adv. 313. quoad Iconem.* In montibus Æquicolorum obſervavit Barr.

636. Tordylium maximum *Inſt. R. Herb. 320.* Sphondylium minus, Syriacum *Barr. Icon. 349.* Caucalis major *Cluſ. Hiſt. ccj.*

637. Ferula minor, ad ſingulos nodos umbellifera *Inſt. R. Herb. 321.* Libanotis tenuifolia, altera, Ferulæ folio & ſemine, Italica *Barr. Icon. 835.* Libanotis Ferulæ folio & ſemine, Italica *Bocc. Muſ. part. 2. 171. Tab. 123.*

638. Ferula durior, ſeu rigidis & breviſſimis foliis *Barr. Icon. 77. & Bocc. Muſ. part. 2. 84. Tab. 76.*

639. Thapſia tenuifolia, lucido rigidoque folio, Hiſpanica *Barr. Icon. 556.* Thapſia Apii folio, Luſitanica, fœtidiſſima, flore albo *Inſt. R. Herb. 322.*

Digitized by Google

640. Liguſticum Italicum, Ferulæ folio breviore. Libanotis tenuifolia, Fœniculi ſemine, Italica *Barr. Icon. 836. & Bocc. Muſ part. 2. 171. Tab. 123.* Ex radice longâ, tereti, annuloſâ, fuſcâ, intus albâ, acris ſaporis & odoris, digitum craſsâ, folia erumpunt tenuia, longa, Ferulacea aut Cachryos formâ, ſed exilioribus coſtis & nervis quibus hærent turmatim congeſtæ foliorum laciniæ, pedalia, ac in caule ſenſim minora. Caulis tenuis, nec parvo digito craſſior, ſeſquicubitalis, erectus, anguloſus, ſtriatus alterniſque foliis veluti floccis baſi ſuâ caulem amplexantibus inſtruitur, & deſinit in umbellam luteam duplicis ordinis, quam fulciunt membranacea quædam & fuſca folia. Semina oblonga per latera æqualia, in ſummo nonnullis apicibus minutis coronata, ſapore ſuavi & aromatico prædita ſunt. In Moroni montis aſcenſu, quâ parte dumis tegitur, & itur ad jugi ſupercilium ſaxoſum quod vulgò Saltus Urſi dicitur, invenit Barr.

641. Daucus Mathioli, minor, tenuifolius *Barr. Icon. 1241.* quid?

642. Eryngium planum, cæruleum, campeſtre, Polonicum Corvini *Barr. Icon. 1174.* Eryngium latifolium, planum *C. B. Pin. 386. & Raii Hiſt. 384.*

643. Eryngium minimum, trifidum, Hiſpanicum *Barr. Icon. 36. Bocc. Muſ. part. 2. 81. & Tab. 71.*

644. Eryngium pumilum, amethyſtinum *Barr. Icon. 376. n. 111.*

645. Eryngium pumilum, polyrrhizon *Barr. Icon. 1247.* Eryngium planum minus *C. B. Pin. 386.* Eryngium puſillum, planum Moutoni *Cluſ. Hiſt. clviij.*

646. Eryngium umbellatum, Hiſpanicum *Barr. Icon. 35.* quid?

647. Caryophyllus minor, fœtidus, purpuro-violaceus *Barr. Icon. 495.*

648. Caryophyllus montanus, umbellatus, floribus variis, luteis ferrugineis, Italicus *Barr. Icon. 497.* Radice nititur rufeſcente, tortuoſâ, ex quâ cauliculi foliaque enaſcuntur *Caryophyllo hortenſi* paria. Flores in umbellam congeruntur *Armerio Cluſii* magnitudine & formâ, petalis quinque conſtantes in extremo ſerratis, aliis è luteo venuſtè pallentibus, paleaceis aliis, aut obſoletis & nonnihil è ferrugineo rubentibus. Florebat Julio in jugis Moroni montis in Aprutio propè Sulmonem.

649. Caryophyllus ſaxatilis, Ericæfolius, umbellatis corymbis *C. B. Prodr. 105. & Bot. Monſp.* Rubeola montana *Barr. Icon. 595. & Bocc. Muſ. part. 2. 60. Tab. 47.* Aridis montibus Alcaras & Monſpelii in monte *Capouladon* obſervavit Barr. ſed quia nondum floruerat, Rubeolam fore exiſtimavit.

650. Lychnis coronata, alba, umbilico carneo *Barr. Icon. 1006.* Lychnis coronaria vulgò *I. B. 3. 340.*

651. Lychnis corollaria, umbellifera, Alpina, flore purpureo *Barr. Icon. 1005. & Bocc. Muſ. part. 2. 49. Tab. 42.* Lychnis umbellifera, montana, Helvetica *Zan. 128. & Raii Hiſt. 993.* In montibus editioribus vallis Barſilionenſis agrique Vapenſis provenit.

652. Lychnis ſylveſtris, hirſuta, purpurea, ſtriato flore *Barr. Icon. 381.* Lychnis ſylveſtris, lanuginoſa, major *C. B. Pin. 206. & Raii Hiſt. 995.* Bipedalis erat & florebat Junio in collibus incultis & glareoſis vicinis ad aquam Traverſam, Septentrionem verſus viâ quæ Româ Viterbum ducit.

653. Lychnis ſylveſtris, hirſuta 11. Cluſii, anguſtifolia *Barr. Icon. 1027. n. 11.*

Digitized by Google

n. II. Cluſ. Hiſt. 288. Lychnis ſylveſtris, anguſtifolia, caliculis turgidis, ſtriatis *C. B. Pin. 205.*

654. Lychnis ſylveſtris, hirſuta, elatior, ſpicata, Lini colore *Barr. Icon. 1027. n. I.* Lychnis ſylveſtris, alba, ſpicâ reflexâ *Bot. Monſp.*

655. Lychnis ſupina, hirſuta, ſpicatâ & nutante comâ, flore carneo *Barr. Icon. 1025.* Icone non eſt major, imò quandoque minor. Hanc ex aggere ſaxeo Lacûs Pontani, viâ quæ Româ Gallicanum ducit, eruebat Barr.

656. Lychnis ſylveſtris, villoſa, minor, purpuraſcens, latifolia *Barr. Icon. 1028. n. III.* Lychnis ſylveſtris, hirſuta, annua, flore minore, carneo *Mor. Hiſt. Oxon. part. 2. 541.* Annua eſt, cujus radix craſſiuſcula, alba & contorta, & caulis ſeſquipalmaris quandòque, geniculatus, craſſiuſculus, villoſus, rubeſcens, foliis veſtitus per ſingula internodia binis & decuſſatim poſitis, hirſutis, & mollibus, quorum inferiora per extrema obtusè rotunda ſunt, ſuperiora ſenſim acutiora fiunt & ſtrictiora. Flores in ſummo caule in ſpicam adacti, uno verſu nutantes ferè è foliorum alis erumpunt purpurei, aliquandò ex purpurâ albeſcentes, parvi, petalis per extrema rotundis, inordinatè explicatis, & calyce nervoſo, ſtriato, ex atro obſoleto rubeſcente, villiſque rubentibus hiſpido & oblongo comprehenſi.

657. Lychnis ſylveſtris, villoſa, purpurea, minima, anguſtifolia *Barr. Icon. 1028. n. vj.* Ex radice albâ, oblongâ, tenui, duriuſculâ, contortâ, raris fibris capillatâ enaſcuntur tres aut quatuor cauliculi humi ſparſi, vix palmares, comam ſurſum arrigentes ex ternis aut quaternis conflatam floribus, ſingulis ſuo foliolo anguſto & acuto fultis, unâ duntaxat ſerie nutantibus & diſpoſitis. Flores pentapetali, purpuraſcentes, unguibus niveis. Piſtillum abit cum calyce in fructum tumidum, cortice duro, membranâ laxiore, rubeſcente, hiſpidâ, lineis rubris ſtriatâ veſtito. Folia anguſtiora & longè minora ſunt quàm in ſuperiori. In Campaniâ Romanâ circa urbem lociſque incultis inter Gramina frequens.

658. Lychnis marina, hirſuta, purpurea, Leucoii folio *Barr. Icon. 1010.* Lignoſâ, longâ, tereti in paucas fibras eaſque longas diviſâ, albâ, glabrâ annuâque eſt radice, ex cujus capite multa, longa, baſi anguſtâ, in extremo latiora, obtuſa, ſubrotunda folia hirſuta, vix ſeſcunciam longa erumpunt, in caule verò majora. Caulis craſſus, vix dodrante longior; nodoſus, multâ & incanâ lanugine hiſpidus, quem uncialia folia bina ex adverſo oppoſita complectuntur, minora dum ad ſpicam accedunt, ex quorum alis flores enaſcuntur *Lychnidis*, purpureis petalis cordatis, quinis, ſtaminibuſque pari numero & purpureis compoſiti, ac calyce comprehenſi villoſo, ſtriato, nervoſo qui poſt exanthesim intumeſcit, durum oblongum capitulum ſemine turgidum exhibens. Juxta maris littora arenoſa Valentiæ Junio florebat.

659 Lychnis lutea, montana, Globulariæ capite & facie *Barr. Icon. 498.* Lychnis lutea, Globulariæ capitulo *Bocc. Muſ. part. 2. 75.* Lychnis lutea, montana, Globulariæ capite & facie *Ejuſd. Tab. 62.* Globularia lutea, montana *Col. part. I. 153.* Icon. Barr. ex Col. l. c. Folia tamen depinxit ſinuoſa. Boccone rubram pro luteâ poſuit.

660. Lychnis prælongis foliis & calyce *Barr. Icon. 382.* Radice potitur albicante, craſſiuſculâ & brachiatâ, fibris aliquot capillatâ & perenni, è cujus capite ſurſum ſurgunt folia tres uncias longa, vix quintam unciæ partem lata, acuta, glabra, in caule longè minora, breviora, anguſtiora, & ut ad ſummum attingunt caulem ferè capillaria, vixque ſemunciam longa. Flores in ſummo quini aut ſeni, petalis quinque ſinuoſis conſtantes, purpuraſcentes, prælongo calyce comprehenduntur. Semen nondum ediderat. Aridis ſaxoſiſque Thuſciæ locis gaudet.

661. Lychnis fruticoſa, anguſtifolia, minima, flore albo, Hiſpanica *Barr. Icon. 997.*

662.

Digitized by Google

662. Lychnis Linifolia, toroſis & laxioribus capitulis *Barr. Icon. 1009.* Pedales & ſeſquipedales edit cauliculos teretes, rotundos, glabros, rectos, firmos quos in internodiis folia veſtiunt bina oppoſita, anguſta, longa, acuta & *linariæ* formâ. Flores non vidi, capita tunc ſupererant Lychnidea, dura, cartilaginea, in plures toros ſeu nervos ruſeſcentes ſecundùm longitudinem diſtincta, ex albo gilva, per oras acutè ſerrata, è baſi anguſtâ ſenſim ſe explicantia in Calathi aut Campanæ formam.

663. Lychnis Hiſpanica, Kali folio, multiflora *Inſt. R. Herb. 338.* Kali vermiculatum, albo globoſo flore *Barr. Icon. 119. & Bocc. Muſ. part 2. Tab. 122.* Multos profert cauliculos cubitales, rectos, lignoſos, geniculatos, ſubincanos, glabros, nitentes & ramoſos. Folia in ſingulis geniculis bina, vermiculata, unciam longa, acuminata, ſurrecta, quaterna quandoquè & quina ex adverſo oppoſita, & albo-pallida. Flores albi in globum congeſti, pentapetali & parvi, petalis conſtant rotundis, quinis brevibus ſtaminibus cum aureis ſeu phœniceis apicibus & piſtillo exili. Calyx floris quinquefidus, ſubincanus, lineis virentibus ſtriatus. Habes in Icone flores duos depictos quales ex microſcopio inſpiciuntur, globum quoquè floris naturalis magnitudinis. Amari eſt ſaporis, & linguam vellicantis. Delectatur ſaxoſis & glareoſis torrentum alveis exſiccatis in Hiſpaniâ.

664. Lychnis corniculata, major, ſeu latifolia *Barr. Icon. 1017.* Varietas eſt ſequentis ratione ſoli pinguioris vel culturæ.

665. Lychnis corniculata, minor, ſeu anguſtifolia *Barr. Icon. 1018.* Lychnis corniculata, minor, ſeu anguſtifolia, ſaxatilis *Bocc. Muſ. part. 2. ſo. Tab. 43.* Lychnis minima, rigida Cherleri *I. B. 3. 352. & Raii Hiſt. 997.* Circa Monſpelium, in Galloprovinciâ & Etruriâ occurrit. Aridis locis puſilla eſt, quæ major in ſolo pinguiori.

666. Lychnis Ocymoides, muſcoſa, latifolia *Barr. Icon. 380. Pon. Bald. Ital. 199.* Lychnis Alpina, pumila, folio gramineo, ſive Muſcus Alpinus, Lychnidis flore *C. B. Pin. 206.* Lychnis Alpina, minima *Raii Hiſt. 1004.* Icon. Barr. ex Pon. l. c.

667. Lychnis Ocymoides, muſcoſa, ſtrictiore folio *Barr. Icon. 379.* Inter ſaxa jugorum editiorum vallis Barſilionenſis, juxta oppidum vulgò *l'Arche*, ceſpitem viridem ac elegantem exhibet.

668. Lychnis pumila, Caryophyllata, flore rubello, Italis hæmorrhoidalis Aldrovandi *Barr. Icon. 998.* Polygono anguſtiſſimo folio, affinis *C. B. Pin. 281.* Prælongâ, palmari, quandoquè majori eſt radice & ſæpè multiplici, craſſiuſculâ, paucis fibris capillatâ, albicante ſeu gilvâ, lentâ & nervosâ. Ab ejus capite ampliuſculo & in multos ſurculos diviſo denſum promit ceſpitem lætè virentem multis tenuibus foliis, anguſtiſſimis, venâ mediâ ſulcatis & ſtriatis, obtusè acutis, glabris & nitentibus, unciam ut plurimùm longis ac mediâ lineâ vix latioribus. Multis luxuriat cauliculis quandoquè palmaribus, ramoſis, geniculatis, glabris, nitidis, ad quorum ſingula genicula bina oriuntur foliola oppoſita & minora. Flores Lychnidei è calyce minori viridi & in quinque radios acutos ſtellato emergunt, petaliſque conſtant quinis ſinuoſis, retuſis, albis, interdum carneis venis radiatim ſtriatis Malvarum modo, ſtaminibus pariter quinis cum ſuis apicibus luteis. Evanido flore ſuccedit utriculus cartilagineus, in ſummo mucronatus & maturo ſemine in quinos radios ſe explicans: ſemen verò minutum, ſubruffum, ovatum, Papaverino minus, ternum aut quaternum exponit. Totâ æſtate, autumnoque floret denſo ceſpite ſemper lætè virens, unctuoſa viſcidaque. Sapore ſubamaro, & nonnihil ad Napum crudum accedente. Hæmorroidibus ſanandis miræ eſſe efficaciæ fertur.

669. Lychnis quæ Saponaria concava. Gentiana concava, Anglica Gerardi *Barr. Icon. 92. Ger. Emac. 435.* Saponaria concava, Anglica *C. B. Prodr. 103. & Raii Hiſt. 999.* Luſu Saponariæ vulgaris.

670.

670. Linum ſylveſtre, latifolium, flore albicante *Barr. Icon. 1002. Le Lin à feuilles larges, & à fleur blanchâtre.*

671. Linum ſylveſtre, latis, acutis foliis, flore amplo *Barr. Icon. 1009.* Linum ſylveſtre, cæruleum, folio acuto *C. B. Pin. 107.*

672. Linum ſylveſtre, latifolium, vinoſo amplo flore, Italicum *Barr. Icon. 1013.*

673. Linum ſylveſtre, montanum, acuto folio, flore albo *Barr. Icon. 1001.*

674. Linum Hiſpanicum, acutis foliis, amplo flore *Barr. Icon. 1014.*

675. Linum fruticans, leptophyllum, Hiſpanicum *Barr. Icon. 819.*

676. Linum ſylveſtre, acutis foliis, fruticans *Barr. Icon. 1008.*

677. Linum fruticans, oxyphyllum, Hiſpanicum *Barr. Icon. 330.*

678. Linum fruticans, anguſtis acutiſque foliis *Barr. Icon. 1231.*

679. Linum ſylveſtre, fruticoſum, criſpum, Hiſpanicum, parvo flore albo *Barr. Icon. 795.*

680. Linum ſylveſtre, fruticans, trichodes, Thymi folio, polyanthos *Barr. Icon. 1003.*

681. Linum ſylveſtre, fruticoſum, anguſtifolium *Barr. Icon. 1004.*

682. Linum ſylveſtre, album, oxyphyllum *Barr. Icon. 796.*

683. Linum montanum, luteum, Italicum *Barr. Icon. 820.* Linum ſylveſtre, luteum, foliis ſubrotundis *C. B. Pin. 214.*

684. Linum pratenſe, floribus exiguis *C. B Pin. 214. Raii Hiſt. 1076.* Chamælinum ſubrotundo folio *Barr. Icon. 1165. n. 1.* Linum ſylveſtre, catharticum *Ger. Emac. 560.* Lini vires vide in Hiſt. Raii 1702.

685. Linum ſylveſtre, minus, flore cæſio, foliis verticillatis *Barr. Icon. 1226. & Bocc. Muſ. part. 2. 49. Tab. 42.* Palmaris annuaque eſt planta, cujus radix tenuis, longiuſcula, contorta, dura, albida, rariſque fibris capillata. Cauliculi rotundi, ramoſi, modò raris, modò frequentibus & verticillatim naſcentibus, acutis, vix unciam longis, erectis veſtiuntur foliis. Summis cauliculorum ramis inſident flores è cæruleo violacei, imò cœſii, pentapetali, vix ſe explicantes, & calyce quinquefido comprehenſi. Floribus ſuccedit fructus tumidus, durus, rotundus, ſtriatus, in ſummo mucronatus, ſeminibus fœtus decem exiguis, oblongis, tumidis, Milio longioribus, ſed compreſſioribus, lævibus, lucidis, coloris olivæ, ſeu viridi obſoletis, quæ ſingula ſingulis deliteſcunt loculis. Viam Lateranenſem inter & Appiam circa fontem Aquæ ſanctæ, non longè à vineis, in arvis incultis provenit.

686. Limonium medium, Globulariæ folio, majus *Barr. Icon. 793.* Palmaris eſt planta, cujus caules aliorum more flores purpuraſcentes ferunt. Folii magnitudinem naturalem habes in Icone expreſſam. Valentiæ ad littora maris cum ſequenti occurrit.

687. Limonium medium, Globulariæ folio, minus *Barr. Icon. 794.* Tenuiori licèt craſſiuſculâ nititur radice & fibroſâ, è quâ folia enaſcuntur minora & breviora; caules huic longiores, pedales, tortuoſi & multùm ramoſi. Flores non vidi.

688. Limonium minus, Oleæ folio ſupino, alterum *Barr. Icon. 789.* Hujus radix modicè tortuoſa, è cujus capite quindecim aut ſexdecim parva, acuta Oleæ folia terræ incumbentia, vix unciâ longiora erumpunt, ac ex eorum medio caulis ſurgit vimineus, erectus, ramoſus, flores ſuſtinens ut in aliis. In Valentini littoris planitiè, quæ vulgò *Là-deça* dicitur provenit.

689. Limonium minus, Oleæ folio, πολύκλαδον *Barr. Icon. 790.* Iſtud foliis donatur paulò minoribus, rigidioribus, firmioribus, minuſque mucronatis; radice multiplici, ceſpitosâ, lignosâ, ſubrufâ, tortuosâ, craſſâ; caule

pedali, craſſiori, majori, in varios ac plurimos ramos latè ſparſos diviſo, fragili, viminco, paniculatimque flores edenti cæſios & aliorum formâ. In Caſtiliæ novæ amplâ ſabulosâque valle, quâ Valentiâ Madritum itur prope oppidum *Tarancon* dictum Septembri florebat.

690. Limonium minus, obtuſo folio; viminibus folioſis *Barr. Icon. 806.* Ex radice craſſiuſculâ, fibrosâ, nigrâ, tortuosâ, vix duas uncias longâ parva exeunt octo vel novem folia nec unciâ longiora, in extremo rotunda, humi & in orbem fuſa, ac craſſiuſcula. Cauliculi viminei, ramoſi, dodrantales foliis acutis per intervalla veſtiuntur. Flores nondum ediderat, cùm occurrit in littore Valentino.

691. Limonium minimum, cordatum ſeu folio retuſo *Barr. Icon. 805.* Limonium maritimum, minus, folio cordato *C. B. Pin. 192. Prodr. 99* Ad radices altæ præruptæque rupis quæ portum Oppidi *la Ciutat* dicti, Maſſiliam inter & Tolonam reſpicit, viget.

692. Limonium inciſo folio, Buglosſi flore *Barr. Icon. 1124.* Limonium peregrinum, foliis Aſplenii *C. B. Pin. 192.*

693. Hyacinthus Orientalis, parvo flore, polyanthos, ſerotinus, cæruleus *Barr. Icon. 175. La Jacinte à fleur ſimple.*

694. Hyacinthus cæruleo-violaceus, caule folioſo *Barr. Icon. 176.* Hyacinthus Orientalis, caule folioſo *C. B. Pin. 45.*

695 Hyacinthus purpuro-violaceus, ſerotinus, ſemiduplex, φυλλότεροις, Italis comoſus *Barr. Icon. 173. Jacinte à fleur double.* Floret Februario & initio Martii.

696. Hyacinthus roſeus, cæruleus, flore duplici *Barr. Icon. 174.* Exquiſiti eſt odoris, & floret circa æquinoctium vernum.

697. Hyacinthus flore pleno, è cæruleo & violaceo rubente. Hy. Januario *Barr Icon. 987.*

698. Hyacinthus flore pleno, è cinereo violaceo & rubro variegato. Hy. Paſſa Januario *Barr. Icon. 988.* Tardiùs floret quàm ſuperior

699. Hyacinthus flore pleno, majore, obſcurè violaceo cinereo. Hy. Italis Pellucino *Barr. Icon. 982.*

700. Hyacinthus flore pleno, oblongo & cæruleo-violaceo. Hy. Medicæus, Capucino affinis *Barr. Icon. 985.* A ſuperioribus diſtinguitur tubo florum longiore.

701. Hyacinthus flore pleno, oblongo, abortivo & cinereo violaceo. Hy. Ruſticus *Barr. Icon. 986.* Flores hujus difficilè ſe explicant, viridique colore maculantur.

702. Hyacinthus flore pleno, oblongo, obſcurè violaceo. Hy. Italis ſancto Bernardo *Barr. Icon. 981.* Majori quàm ſuperior foliorum fœturâ flores tumeſcunt.

703. Hyacinthus flore pleno, cæruleus, præcox, Italis Fiorentino *Barr. Icon. 169.* Floret Februario.

704. Hyacinthus cæruleus, pleniſſimo flore, ſerotinus, Italis Stradoppio *Barr. Icon. 170.* Multiplici foliorum fœturâ flores ejus roſam exhibent, ſed præ pondere ad maturitatem non perveniunt. Circa æquinoctium Martium floret.

705. Hyacinthus tuberoſus, albus, odoratiſſimus, autumnalis *Barr. Icon. 1213.* Hyacinthus Indicus, tuberoſus, flore Hyacinthi Orientalis *C. B. Pin. 47. & Raii Hiſt. 1164. La Tubereuſe.*

706. Colchicum autumnale, anguſtifolium, album: an Hermodactylus verus? *Barr. Icon 304.* Colchicum candido flore, Anglicum *Lob. Icon. 143. Le Colchique à fleur blanche.*

707.

Digitized by Google

707. Colchicum autumnale, luteum, minimum. Narciſſus autumnalis, luteus, minimus *Barr. Icon. 984.* Narciſſus autumnalis, minor *Cluſ. Hiſt. 164.*

708. Crocus vernus, latifolius, flore violaceo, diluto, Italicus, maximus *Barr. Icon. 384. Le Saffran d'Italie à feuilles larges.* Bulbum non vidi ex quo caracteriſmus deprehenditur. Flos illius Croci expanſus diametro ſuo uncias quatuor aſſequitur, quinquefidus, ſubcæruleus ſeu potius coloris Lini, tenuibus ſtriis verſus oras reflexis virgatus, unguibus luteis, quinque ſtaminibus cum apicibus ſtiloque ſtipatus præter filamenta quædam Croci. Pedalia edit folia Colchici, arcuata, carinata, amplexicaulia, in imo duas uncias lata, ſenſimque ad extremum uſquè in acumen deſinentia. E Thuſciâ accepit.

709. Crocus autumnalis, flore albo, verus *Barr. Icon. 303.* Crocus autumnalis, montanus, anguſtifolius, flore argenteo *H. R. Par.*

710. Crocus vernus, minor, violaceus, medio purpureo flore, Italicus *Barr. Icon. 383.* Crocus vernus, anguſtifolius magno flore *C. B. Pin. 67.* Crocus vernus, anguſtifolius, *1. Cluſ. Hiſt. 207.* Viâ ad Oſtia Tyberina, juxta ſemitas in herbidis reperitur.

711. Narciſſus totus albus, maximus, calyce mediocri, ſerotinus *Barr. Icon. 948. La Narciſſe blanche, ou totus albus.*

712. Narciſſus albus, ſulfureus, maximus, mediocri calyce, ſerotinus *Barr. Icon. 947.*

713. Narciſſus albo-ſulfureus, calyce aureo, major, ſerotinus *Barr. Icon. 965.*

714. Narciſſus albo-ſulfureus, calyce luteo oblongo *Barr. Icon. 966. La Narciſſe jaune pâle.*

715. Narciſſus albicans, calyce aureo, amplo, major *Barr. Icon. 932.*

716. Narciſſus albicans, calyce aureo, amplo, minor *Barr. Icon. 931.*

717. Narciſſus albicans, calyce aureo, preſſiori, croceis oris, major *Barr. Icon. 928.*

718. Narciſſus albicans, calyce aureo, preſſiori, croceis oris, minor *Barr. Icon. 927.*

719. Narciſſus ſylveſtris, pallidus, tubâ aureâ, major *Barr. Icon. 930.*

720. Narciſſus ſylveſtris, pallidus, tubâ luteâ, minor, vulgaris *Barr. Icon. 929.*

721. Narciſſus pallidus, calyce aureo, labiis inverſis *Barr. Icon. 979.*

722. Narciſſus albicans, calyce aureo, labiis inverſis *Barr. Icon. 980.*

723. Narciſſus ſylveſtris, albicans, oris tubæ luteis, minor *Barr. Icon. 924.*

724. Narciſſus ſylveſtris, pallidus, tubâ aureâ, minimus *Barr. Icon. 976.*

725. Narciſſus ſylveſtris, totus albicans, minor *Barr. Icon. 923.*

726. Narciſſus ſylveſtris, totus luteus, minor *Barr. Icon. 975.*

727. Narciſſus totus ſulfureus, Anglici facie, flore ſingulari, Caietanus *Barr. Icon. 967.*

728. Narciſſus ſylveſtris, totus albus, luteis tubæ fimbriis, alter *Barr. Icon. 968.*

729. Narciſſus totus albus, nutans, amplâ tubâ *Barr. Icon. 953.*

730. Narciſſus totus albus, amplo nutante flore *Barr. Icon. 954.*

731. Narciſſus totus albus, nutante flore, longâ & anguſtâ tubâ *Barr. Icon. 945.* Narciſſus oblongo calyce *C. B. Pin. 53.*

732. Narciſſus albus, nutante flore, oblongâ & anguſtâ pallidâ tubâ, minor *Barr. Icon. 946.*

733. Narciſſus ſylveſtris, albicans, nutante flore, minor *Barr. Icon. 921.*

Digitized by Google

734. Narciſſus ſylveſtris, pallidus, tubâ aureâ, minor, ſerotinus *Barr. Icon. 922.*

735. Narciſſus pallidus, calyce aureo, flore pleno, maximus *Barr. Icon. 977.*

736. Narciſſus maximus Tradeſcanti, flore pleno, calyce luteo, foliis ſulfureis *Barr. Icon. 978.*

737. Narciſſus maximus Tradeſcanti, totus luteus, flore pleno *Barr. Icon. 970.*

738. Narciſſus luteo-ſulfureo flore pleno, minor, ſerotinus *Barr. Icon. 969.*

739. Narciſſus albicans, medio-pallidus, major, amplo flore *Barr. Icon. 959.*

740. Narciſſus albus, calyce aureo, amplo, biflorus, major *Barr. Icon. 949.*

741. Narciſſus albus, calyce aureo, amplo, biflorus, minor *Barr. Icon. 950.*

742. Narciſſus latifolius, albicans, medio-croceus, amplo, brevi calyce *Barr. Icon. 918.*

743. Narciſſus latifolius, albus, medio-croceus, ſerotinus, amplo calyce, major; Vannec vulgò *Barr. Icon. 955.*

744. Narciſſus latifolius, albus, medio-croceus, pleno flore *Barr. Icon. 917.*

745. Narciſſus albus, calyce, luteo, parvo, ſerotinus minor; Vannec minor vulgò *Barr. Icon. 956.*

746. Narciſſus latifolius, albus, medio-croceus, calyce mediocri, præcox *Barr. Icon. 919.*

747. Narciſſus albicans, medio-pallidus, medius, anguſtis florum foliis *Barr. Icon. 964.*

748. Narciſſus latifolius, ſulfureus, maximus *Barr. Icon. 920.*.

749. Narciſſus albo-ſulfureus, calyce aureo, minori, maximus, ſerotinus *Barr. Icon. 960.*

750. Narciſſus albo-pallidus, calyce aureo, amplo, major, Waldenec *Barr. Icon. 952.*

751. Narciſſus pallidus, calyce aureo, mediocri, ſerotinus, Waldenec medius *Barr. Icon. 951.*

752. Narciſſus albo-pallidus, calyce aureo, plano, roſeus, Waldenec *Barr. Icon. 933.*

753. Narciſſus albo-pallidus, calyce luteo, plano, ſtellatus, Waldenec *Barr. Icon. 934.*

754. Narciſſus albicans, medio-pallidus, minor *Barr. Icon. 963.*

755. Narciſſus niveus, medio-croceus, maximus, roſeus, ſerotinus *Barr. Icon. 972.*

756. Narciſſus niveus, medio-croceus, minor, roſeus, ſerotinus *Barr. Icon. 971.*

757. Narciſſus niveus, medio-croceus, ſtellatus, major, calyce criſpo & diviſo, ſerotinus *Barr. Icon. 974.*

758. Narciſſus niveus, medio-croceus, ſtellatus, minor, ſerotinus *Barr. Icon. 973.*

759. Narciſſus latifolius, albo-pallidus, medio luteus, præcox *Barr. Icon. 925.* Narciſſus medio-luteus, copioſo flore, odore gravi *C. B. Pin. 50.*

760. Narciſſus præcociſſimus, lacteus, calyce aureo *Barr. Icon. 943.* Romæ florebat ſub initio Novembris.

761. Narciſſus albicans, calyce ſulfureo *Barr. Icon. 940.* Præcox eſt, & nonis Januarii florebat Romæ.

762.

Digitized by Google

762. Narciſſus latifolius, ſulfureus, præcox, minor *Barr. Icon. 926.*

763. Narciſſus luteo-pallidus, calyce intensè aureo *Barr. Icon. 944.*

764. Narciſſus polyanthemos, præcox, ſulfureus, maximus, calyce croceo, oris pallidis & fimbriatis *Barr. Icon. 936.*

765. Narciſſus polyanthemos, præcox, ſulfureus, medius, ſtellatus, calyce croceo *Barr. Icon. 935.*

766. Narciſſus præcox, totus luteus, maximus, calyce aureo *Barr. Icon. 941.*

767. Narciſſus præcox, totus luteus, medius, ſtellatus, calyce aureo *Barr. Icon. 942.*

768. Narciſſus præcox, totus luteus, elatior, calyce aureo *Barr. Icon. 939.*

769. Narciſſus præcox, totus albus, major *Barr. Icon. 937.* Narciſſus totus albus, major *C. B. Pin. 49.*

770. Narciſſus præcox, totus albus, medius *Barr. Icon. 938.* Narciſſus totus albus, minor *C. B. Pin. 49.*

771. Narciſſus præcox, totus albus, minor, roſeus *Barr. Icon. 915.*

772. Narciſſus albus, medio-croceus, ſtellatus, majori calyce, ſerotinus, Romanus *Barr. Icon. 958.*

773. Narciſſus albus, medio-croceus, medius, ſtellatus, ſerotinus, Romanus *Barr. Icon. 962.*

774. Narciſſus albo-ſulfureus, medio-croceus, ſtellatus, minor, ſerotinus, Romanus *Barr. Icon. 961.*

775. Narciſſus albus, medio-croceus, ſtellatus, parvo calyce ſerotinus, Romanus *Barr. Icon. 957.*

776. Narciſſus totus albus, minor, ſtellatus *Barr. Icon. 916.*

Sit denominatio pro deſcriptione. Magis variat hoc plantæ genus quàm ut ad ſpecies ab Authoribus ſeu perperàm, ſeu breviùs depictas referri queant.

777. Narciſſus autumnalis, albus, latifolius *Barr. Icon. 993.*

778. Lilium anguſtifolium, flore flavo maculis nigris diſtincto *C. B. Pin. 79.* Lilio-Martagon, Canadenſe, luteum, maculis purpureis *Barr. Icon. 125.* *Le Lis Martagon de Canada.*

779. Ornithogalum luteo-virens, Indicum *Barr. Icon. 1118. & Corn. 160.* Icon. Barr. ex Corn. Hiſt. l. c.

780. Ornithogalum cæruleo-purpuraſcens, majus *Inſt. R. Herb. 381.* Hyacinthus ſtellatus, cæruleo-violaceus, campanulatus *Barr. Icon. 183.* Hyacinthus ſtellatus, æſtivus *Cluſ. app. 2. & I. B. 2. 583.*

781. Ornithogalum Byzantinum, Borraginis flore *Inſt. R. Herb. 380.* Hyacinthus cæruleus, Borraginis flore *Barr. Icon. 184.* Hyacinthus ſtellaris, Byzantinus, Borraginis flore *H. R. Par.*

782. Allium ſaxatile, Acori radice, flore purpureo *Barr. Icon. 1022. & Bocc. Muſ. part. 2. 84. Tab. 79.* Allium petræum, umbelliferum *I. B. 2. 564.*

783. Lilio-Narciſſus vernus, anguſtifolius, flore purpuraſcente *Barr. Icon. 994.*

784. Lilio-Narciſſus Jacobæus, phœniceus, Indicus, polyanthos *Barr. Icon. 1036.* Lilio-Narciſſus rubeus, Indicus *Ald. H. Farneſ. 83.* Icon. Barr. ex Ald. l. c.

785. Lilio-Narciſſus Indicus, rubeus, μονοάνθος, Jacobæus Cluſii, Robini

bini *Barr. Icon. 1035.* Narciſſus latifolius, Indicus, rubro flore *Cluſ. Hiſt. 157. La Belladone.* Icon. Barr. ex Cluſ. l. c.

786. Lilio-Narciſſus Indicus, ſaturatè purpuraſcens, polyanthos, Belladonaformos, Italicus *Barr. Icon. 1039.* Narciſſus Indicus, Liliaceus, ſaturo colore purpuraſcens *Ferr. Flor. 119.* Lilio Narciſſus Indicus, ſaturo colore purpuraſcens, *Mor. Hiſt. Oxon. part. 2. 367.* Icon. Barr. ex Ferr. l. c.

787. Lilio-Narciſſus Indicus, dilutè purpuraſcens, Belladona Italorum vulgatior *Barr. Icon. 1040.* Narciſſus Indicus, Liliaceus, diluto colore purpuraſcens *Ferr. Flor. 121.*

788. Lilio-Narciſſus Indicus, polyanthes, coccineus, minor *Barr. Icon. 126.* Narciſſus Japonicus, rutilo flore *Corn. 158.*

789. Lilio-Narciſſus Indicus, phœniceus, ſphæriceus, vulgò polyanthos *Barr. Icon. 1037. 1039.* Narciſſus Indicus, flore Liliaceo, ſphæricus *Ferr. Flor. 129.* Ambæ Icones Barr. ex Ferrario l. c.

790. Lilio Narciſſus luteus vernus *Inſt. R. Herb. 386.* Narciſſus Perſicus, luteus, vernus Corvini *Barr. Icon. 983.* Colchicum luteum, vernum *C. B. Pin. 69.*

791. Bermudiana Cyclaminis radice, pullo flore. Iris ſtellata, Cyclaminis radice, pullo flore *Barr. Icon. 1216.* Flos Indicus, è violaceo fuſcus, radice tuberosâ *Ferr. Flor. 171.* Icon. Barr. ex Ferr. l. c.

792. Hæmanthus Africanus *H. L. Bat.* Lilio-Narciſſus Indicus, cruentus, πολυςήμιον, ſeu ſtamineus, ſqualioſo Italis *Barr. Icon. 1041.* Narciſſus Indicus, puniceus, gemino latiori folio *Ferr. Flor. 137.* Narciſſus Suvertii, vulgò Scaglioſo, flore cruento, πολυςήμιον, ſtamineus Corvini *Barr. Icon. 1042. La Tulipe du Cap de Bonne Eſperance.* Prior Icon. Barr. ex Ferr. l. c.

793. Yuca Indica, foliis Aloes, flore albo *Barr. Icon. 1194.* Yuca foliis Aloes *C. B. Pin. 91.* Hyuca Canadena *Ald. H. Farneſ. 33.*

794. Moly Lilium Indicum, rubrum *Barr. Icon. 1119.* Lilium Indicum *Bont. Hiſt. 142.* Icon. Barr. ex Bontii Hiſt. l. c.

795. Lens Braſiliana, minor, flore ſubcæruleo *Barr. Icon. 194. La Lentille du Breſil.*

796. Vulneraria ruſtica *I. B. 2. 362.* Anthyllis leguminoſa, lutea, Italica *Barr. Icon. 575. La Vulneraire.*

797. Vulneraria flore purpuraſcente *Inſt. R. Herb. 391.* Anthyllis leguminoſa, montana, cæruleo flore *Barr. Icon. 553.* Hæc inter chartas repoſita colorem mutavit, quod Barrelierum decepiſſe mihi videtur. In Montibus Amatricenſium ac aliis Apenninorum jugis collegit Barr.

798. Vulneraria pentaphyllos *Inſt. R. Herb 391.* Anthyllis leguminoſa, veſicaria, lutea *Barr. Icon. 554.* Trifolium halicacabum *Camer. Hort. Tab. xlvij.* Romæ in Monte Mario creſcit, ut & Monſpelii.

799. Faba minor *Barr. Icon. 193. La petite Féve.* Ex ſemine in ventriculo Columbæ reperto & ab Equite Corvino mutuato crevit, caulemque edidit

Digitized by Google

edidit ſingularem, tenuem, anguloſum, ſtriatum & quadratum, vixque culmo Hordei craſſiorem; Folia floreſque ut in vulgari, ſed multò breviora. Fabæ uſus & vires vide in Hiſt. Raii 909.

800. Lupinus luteus, Italicus *Barr. Icon. 1032.* Lupinus ſylveſtris, flore luteo *C. B. Pin. 348. Dod. Pempt. 530. & Raii Hiſt. 908. Le Lupin à fleur jaune.* Lupini vires vide in Hiſt. Raii 907.

801. Hedyſarum trifolium, purpureum, Canadenſe *Barr. Icon. 1140.* Hedyſarum triphyllum, Canadenſe *Corn. 44.* Icon. Barr. ex Corn. Hiſt. l. c.

802. Hedyſarum clypeatum, minus, ſuave rubens *Barr. Icon. 1180.* Hedyſarum clypeatum, minus, flore purpureo *Raii Hiſt. 929.* Onobrychis clypeata, aſpera, minor *C. B. Prodr. 149.*

803. Lotus hæmorrhoidalis flore albo & ſubrubeſcente *Barr. Icon 1033.* Lotus pentaphyllos, ſiliquoſus, villoſus *C. B. Pin. 332. Le Lotier hemorroidal.* A ſiliquarum formâ hæmorroidalis dictus. In Italiâ & Campaniâ Romanâ, necnon in Galliâ Narbonenſi frequens.

804. Lotus coronatus, latifolius, ſiliquis nigris *Barr. Icon. 544.* Lotus villoſus, altiſſimus, flore glomerato *Inſt. R. Herb. 403.* Lotus Lybica Dalechampii *Lugd. 509.*

805. Lotus pratenſis, luteus, ſiliquoſus, hirſutus *Barr. Icon. 1023.* Lotus pentaphyllos, major, hirſutie candicans *C. B. Pin. 332.* Tota planta villis hiſpida & cinerea; flores crocei è calyce villoſo & caneſcente prodeuntes; ſiliquæ anguſtæ erant, & ſemine tenui fœtæ. In Montibus Amatricenſium obſervavit Barr.

806. Lotus fruticoſa, lutea, incana. Dorychnium luteum, minùs incanum *Barr. Icon. 1179.* Dorychnio congener planta *Cluſ. Hiſt. 100.*

807. Lotus ſiliquoſa, maritima, lutea, Cytiſi facie *Barr. Icon. 1031.* Deſcriptionem non invenio in ſcriptis Barr. Diſcrepat à Loto maritimâ, folio pingui & Craſſo Bot. Monſp. floribus ternis & quaternis uno pediculo adnatis; necnon foliis acutioribus.

808. Lotus anguſtifolia, lutea, major *Barr. Icon. 879. n. 1.* Perennis eſt planta, cujus fructus & ſemina non vidi; ex radice vivaci, longâ, palleſcente, altiùs demerſâ & deſcendente multos proferebat caules cubitales, rotundos, è viridi albeſcentes, tenuiſſimâ lanugine ſubpubeſcentes, foliis ternis, incanis, pediculo donatis ad baſim duabus auriculatis appendicibus ſtipato, alternatim veſtiti; Flores in brevem ſpicam congeſti, pediculo oblongo fulti, è luteo rubeſcentes, è foliorum alis erumpebant. In ſylvâ Oſtienſi Junio florebat cum ſequenti.

809. Lotus anguſtifolia, incana, pallida, minor *Barr. Icon. 880.* Superiori congener, ſed minor, vixque palmo altior, densè ramoſa, incana, ramos ſuos in latum extendens. Radix ejus mediocris, è pallido albeſcens, nec puto perennem, quia non ſatis reptilis. Caules lignoſi, geniculati, duri & ramoſi, quot annis pereuntes. Folia incana pariter, ſed frequentiora & minora. Flores ut in ſuperiori, pauciores, minores & è luteo pallidi.

810. Lotus anguſtifolia, incana, ſpicata *Barr. Icon. 879. n. 11.* Floribus in ſpicam congeſtis à præcedenti diſtinguitur.

811. Lotus Indicus, cæruleus, radice perenni *Barr. Icon. 1236.* quid?

812. Trifolium montanum, lupulinum *C. B. Pin. 328. & Prodr. 140.* Lotus

Digitized by Google

tus montanus, aureus, amplo Lupuli capite, annuus *Barr. Icon. 1024.* In pratis Amatricenſium in Aprutio reperiebat Barr. Nos in Monte Pilati ſupra Lugdunum.

813. Trifolium ſtellatum *C. B. Pin. 329. Prodr. 143.* Lagopus minor, erectus, capite globoſo, ſtellato, flore purpureo *Barr. Icon. 860.* Frequens in agro Romano & Monſpelienſi.

814. Trifolium alopecurum, majus, flore purpureo, ſtellato capite *Barr. Icon. 755.* Ad equorum pabulum ſeminatur in Italiâ & Hiſpaniâ, Regnoque Valentino, ter quot annis cæduum. Folia ejus terna, ſubvilloſa; caules erecti & pariter ſubhirſuti. Flores colore variant, modò enim è purpurâ minùs vel magis accenduntur, modò dilutiùs rubent, vel è carneo palleſcunt, & dum eſt ſylveſtris planta & per vias incultave occurrit, in acutiorem ſpicam deſinunt; dum verò ſeritur, ſaturatiùs purpuraſcunt & rubent, breviorque & craſſior fit eorum ſpica. Floribus ſuccedunt ſtellata pericarpiola villoſa, ſemine parvo, lævi, nitido, fuſco & unico tumida.

815. Trifolium alopecurum, latifolium, ſpicâ longâ *Barr. Icon. 697.* Trifolium albo-incarnatum, ſpicatum ſive Lagopus maximus *I. B. 2. 376.*

816. Trifolium alopecurum, anguſtifolium, elatius *Barr. Icon. 698.* Trifolium montanum, anguſtiſſimum, ſpicatum *C. B. Pin. 328.*

817. Trifolium alopecurum, ſpicâ globoſâ *Barr. Icon. 1188.*

818. Trifolium arvenſe, humile, ſpicatum, ſive Lagopus *C. B. Pin. 328. Raii Hiſt 948.* Lagopus anguſtifolia, minor, erectior *Barr. Icon. 901.*

819. Trifolium arvenſe, humile, ſpicatum, ſive Lagopus ſpicis rotundioribus *C. B. Pin. variet. 328.* Lagopus altera, anguſtifolia, minor & verior, capite breviore *Barr. Icon. 902.* A ſuperiori diſcrepat foliis majoribus paulò & erectioribus. Tota planta villoſior & mollior. Capitula ejus breviora, compreſſa & globoſa, mollitie, hirſutie & rotunditate pedem leporinum imitantia. Utraque ſpecies in agris incultis & novalibus Campaniæ Romanæ occurrit.

820. Trifolium glomerulis Perſonatæ Cherleri *I. B. 2. 377.* Lagopus minor, ſupinus, molli & compreſſo capite, flore albo *Barr. Icon. 859.*

821. Trifolium nemoroſum, capite ovato, villoſo, rubente *Barr. Icon. 871.* Trifolium capitulo glomerato, rigido *I. B. 2. 378.* E brevi craſſiuſculâ, annuâ, tranſversâque ferè & diſtortâ gilvâque radice quinque aut ſex rectos emittit cauliculos vix pedales, glabros ferè, rotundos, ramoſos, raris veſtitos foliis ternis, ſubrotundis & ſubhirſutis. Flores non vidi jamque deciderant, abierantque in globoſum caput virens, oblongum, echinatum, è calycibus piloſis, duriuſculis non tamen pungentibus, ſtellatis compoſitum. Semen ſubrotundum erat parvum, compreſſum, & ſapore Piſorum crudorum recentium.

822. Trifolium minus, capite ſubrotundo, parvo albo & echinato *Barr. Icon. 870.* Radice nititur tenui, longiuſculâ, albo-pallidâ, è quâ plures prodeunt cauliculi humifuſi, ſubrubentes, tenues, firmi, leviter hirſuti, geniculati, quos in ſingulis geniculis alterna & rara veſtiunt folia terna uno pediculo, cujus baſim gemina fulcit appendix; parva, acuta, ſupernè lætiùs, infernè dilutiùs virentia leviſſimâque pubentia canitie & tenuiſſimè per oras ſerrata. Ex eorum alis extremiſque ramis ſubrotundum aut ovatum exurgit capitellum, echinatum, nullo pediculo nixum, è tenuibus, & albovirentibus pericarpiis hiſpidis quinquefidis & duriuſculis conſtans. Flores ejus leguminoſi ſunt, parvi, albidi & ſubluteſcentes, dum matureſcunt. Tota planta ſubincana eſt, tenui pubens lanugine, vixque quatuor uncias alta. Variat; in ſicciori ſolo erigitur, ſed pumila eſt planta; in humidiori longiuſculos quandoquè palmares & humifuſos edit cauliculos. Maio & Junio florebat in apricis & ſterilibus agri Romani, præſertim ſupra muros Hyppodromi Romani, non procul à D. Sebaſtiani Templo.

823. Trifolium minus, Villoſum, purpureum, capite parvo, echinato *Barr.* *Icon.*

Digitized by Google

Icon. 869. Trifolium cujus caules ex geniculis glomerulos oblongos proferunt. *I. B. 2. 378.*

824. Trifolium pratenſe, folliculatum, flore inverſo. Trifolium pratenſe, minus, purpureum, Bellidis flore, capite globoſo *Barr. Icon. 872.* Ex tenui, fibris multis capillatâ & albente radice plures humi ſpargit ſupinos cauliculos ramoſos, ſubrubentes, foliis glabris, lætè virentibus, vixque majoribus quàm in Icone exprimuntur, veſtitos. Extremis cauliculis & ramis, & è foliorum alis multa erumpunt capitella globoſa, compreſſa, *Trifolio pratenſi, Salmaticenſi* ferè ſimilia, ſed minora, floribus decorata exiguis, purpureis elegantiſſimis, quorum vexillum obverſum & ſupinum eſt. Poſt exantheſim capitella egregias evadunt in ſphærulas veſiculis foris acutis, ſed mollibus tumidas & echinatas. In Campaniæ Romanæ pratis & agrorum viarumque marginibus toto anno floret elegantiſſima hæc planta tota glabra. In Horto Regio Pariſ. ab aliquot annis colimus.

825. Trifolium Fragiferum, noſtras, purpureum, folio oblongo *Mor. Hiſt. Oxon. part. 2. 144.* Trifolium Fragiferum, majus, repens, minori & rotundiore capite *Barr. Icon. 852.* Trifolium Fragiferum, minus, oblongo capite, Italicum *ejuſd. Icon. 851.* Multum ludit hæc planta foliis, cauliculis & capitibus, tùm ratione loci, tùm etiam ætatis. Undè geminas ſpecies in Iconibus Barr. expreſſas ad unam reducimus.

826. Trifolium luteum, capite rotundo, folliculoſo, Italicum *Barr. Icon. 864.* Trifolium capitulo ſpumoſo, lævi *C. B. Prodr. 143.*

827. Trifolium pratenſe, ſupinum, καταβόλιον, ſeu capite humi merſo *Barr. Icon. 881.* Trifolium ſemen ſub terram condens *H. R. Par.* Trifolium ſubterraneum, ſeu folliculos ſub terram condens *Bot. Monſp.* Circa Monſpelium, in agro Lugdunenſi, tum etiam in Pariſienſi provenit.

828. Trifolium arvenſe, ſupinum, verticillatum *Barr. Icon. 882.* Trifolium cum glumerulis ad caulium nodos rotundis *Raii Synopſ. 194. & Hiſt. 948.* Perpuſilla & annua hæc ſpecies humifuſa, & polyſchides ramulis donatur in gyrum ſparſis & naſcentibus è radice tenui, albogilvâ, rariſque fibrillis à lateribus capillatâ. Ramuli vix tres uncias ut plurimum aſſequuntur, quandòque longiores, qui interdum in latiuſculum ceſpitem pro ſoli bonitate ſe explicant humifuſi, verticillis è viridi pallidis, dein griſeis *Marrubii* inſtar coronati, quæ, ut terræ hærent, terrâ & pulvere farcta ſunt & ſordida, componuntur è denis vel novenis, tenuibus, ſtellatis, villoſis, criſpis ſimulque congeſtis pericarpiolis ſemine rotundo, lævi, glabro & citrino poſt exantheſim tumidis. Folia ſemunciali innixa pediculo, terna, oblonga, per latera anguſta & rectilinea, in extremo latiora, obtuſa & leviter ſerrata, nec ferè verticillis plura. E foliorum alis ab imo ad ſummum cauliculum terna aut quaterna in ſingulis cauliculis enaſcuntur verticilla toti plantæ ſupereminentia; illud verò, quod cauliculorum in orbem ſparſorum umbilicum occupat, cæteris ſæpè majus & craſſius evadit. Flores ejus pallidè purpurei. Sapor ferè nullus. Juxta elatiorem marginem viæ quæ ab aquâ Farellâ ad hyppodromum ducit, à ſiniſtris Maio florebat.

829. Melilotus major, ſeu Cilicia ſiliquoſa, inodora, luteo, amplo flore *Barr. Icon. 543.* A Meliloto vulgari diſcrepat foliis latioribus, acutioribus & magis ſerratis; floribus quoque amplioribus, aureo fulgore nitentibus, nutantibus; ſiliculis longis & falcatis. Porrò tota planta inodora eſt. Junio florebat inter ſegetes non longè à ſtagno ſulfureo quòd Romam Tiburtumque interjacet, quinque circiter à Tiburto milliaribus. Meliloti vires vid. in Hiſt. Raii 951.

830. Anonis non ſpinoſa, flore Thyrſoide, carneo, Polonica *Barr. Icon. 1214.*

Anonis montana, præcox, purpurea, fruteſcens *Mor. H. R. Bleſ.* A Corvino depictam habuit Barr.

831. Anonis non ſpinoſa, purpuraſcens, minor, Italica *Barr. Icon. 394.* Annua eſt, pumila & glabra vixque Icone major. Neque ſolùm in Italiâ, ſed in Delphinatûs aridis locis viâ quâ iter eſt Brianconium tranſacto monte dicto *le Col de la Rone*, D. Virginis Kermenſis fano ad ortum imminente, in Tarentaſiæ finibus.

832. Anonis purpurea, non ſpinoſa, minor *Barr. Icon. 1106.* Folia huic minora, rotundiora, vix aut ſaltem leviter in ambitu ſerrata, & ad baſim pediculorum ſuorum acutis longiſque appendicibus ſtipata.

833. Anonis luteo-purpurea, minima, anguſtifolia, Hiſpanica *Barr. Icon. 1104.* Anonis maritima, Gadenſis, non ſpinoſa, floribus in foliorum alis *Inſt. R. Herb. 408.* Iſta folia edit longiora & anguſtiora, minuſque rotunda quàm ſuperior, illi cæteroqui valde ſimilis, ſed flores fert è luteo & purpureo variegatos, & è foliorum alis emergentes, ſingulares brevi calyce breviburſque radiis laciniato comprehenſi ac pediculo tenui ſemuncialique innixi.

834. Anonis non ſpinoſa, trifolia, glabra, luteo-purpuraſcens, ſaxatilis. *Barr. Icon. 762.* Elegans, ſupina; cauliculis repandis latèque ſparſis luxurians è ſaxis naſcitur undique foliis & floribus comoſa. Folia promit anguſta, longiuſcula, ſemunciam ferè longa quæ longiora, per oras ſerrata, in acutum deſinentia, & à Meliloti foliis formâ ſuâ non abſimilia, læte, imò ſubobſcurè virentia, in uno brevique pediculo terna, ſurrecta juxta caulem & florum comam quam involvunt, eique jucundè permiſcentur. Flores è luteo rubent calycibus comprehenſi brevibus, ſed in prælongas, quinas, anguſtas tenueſque lacinias profundè diviſis paleaceis pallidiſque, unde è viridi, croceo, rubente, & pallido variegata eſt ab imo ad ſummum uſque floribus immiſcens frondes mirâ ſanè venuſtate, quam colorum gratiam etiam ſiccata in multos annos tuetur.

835. Anonis non ſpinoſa, rotundifolia, ſpicata, purpurea, Hiſpanica *Barr. Icon. 258. & Bocc. Muſ. part. 2. 60. Tab. 48.* Villoſa viſcoſaque eſt planta, cujus caulis ſtriatus, rectus, craſſiuſculus, vix Icone major, hiſpidus & glutinoſus; Folia terna tenui articulata pediculo, planè rotunda & tenuiſſimè in ambitu ſerrata. Flores magni, rubentes, patuli & in longam ſpicam eleganter congeſti, quos complectuntur calyces breves, virides breviburſque radiis barbati, quod apparet, cùm flos planè à calyce eſt exolutus. Juxta Cordubam in Boeticâ trans fluvium locis incultis reperiebat Barr. necnon ſecus fluvium. Florem malè delineavit pictor; flos enim perſonatus vel labiatus exprimitur papilionacei loco.

836. Anonis lutea, viſcoſa, minor, marina, latifolia, Hiſpanica *Barr. Icon. 1105.* Anonis non ſpinoſa, flore luteo variegato, anguſtifolia, maritima *Inſt. R. Herb. 409.* Barcinonæ non longè à portu, ipſoque in littore reperitur hæc ſpecies *Natrici Plinii* perſimilis, ſed floribus minoribus, foliiſque virentibus, minoribus, villoſis & viſcoſis potitur. Tota planta aſſurgit, luxuriatque numeroſis ſurculis ſemipedalibus & palmaribus, virentibus, villoſis & viſcoſis. Foliorum formam & magnitudinem habes in Icone ſeorſim expreſſam. Folia ſæpiùs complicantur, undè anguſtiora diceres. In maritimis agri Monſpelienſis, & circa Maſſiliam ſæpiùs nobis fuit obvia.

837. Anonis non ſpinoſa, villoſa & viſcoſa, Hiſpanica *Barr. Icon. 775.* Palmares rectos firmoſque emittit ſurculos foliis denſis, minutiſſimis, oblongis, anguſtis, uno pediculo ternis, per oras & extrema tenuiſſimè ſerratis & alternis inſtructos, villoſis ac viſcoſis, ut & tota planta. Flores non vidi neque filiculas.

838. Anonis trifolia, pallidis nutantibuſque floſculis, maritima *Barr. Icon. 761.* Tenui, albo-ſordidâ fibriſque capillatâ abs radice quatuor aut quinque ſurgunt cauliculi rari foliis veſtiti longiuſculo articulatis pediculo, ternis, anguſtis, in extremo ſerratis, ad latera integris, geminâ, auritâ, membranaceâ

Digitized by Google

naceâ brevi & acutâ appendice exortum pediculi foliorum fulciente. Flores in ſummis ramis è foliorum alis enaſcuntur, ſemuncialibus, tenuiſſimiſque donati pediculis, nutantes, pallidi, exigui, in calyce breviori, virenti, & multifido ferè immerſi, quibus ſuccedunt ſiliquæ oblongæ. Italiæ Latiique indigena eſt.

839. Anonis lutea, Trixaginis folio, maritima *Barr. Icon. 776.* Surculos plures, ſupinos & repandos ſpargit humi multis nodis geniculatos, ramoſos ortoſque è tenui, filamentoſâ radice arenis altè ſe immittente. Singulos nodos veſtiunt & complectuntur appendices ſeu potiùs foliola è latâ & amplexicauli baſi in acùmen deorſum inflexum, & extrorſum incurvum definentia, per oras ſerrata, Teucrioidea ſeu *Trixaginis Apulæ Col.* foliis ſimillima, ſed longè minora, ſingularia, nec terna ut in ſuperioribus, nulloque innixa pediculo, è quorum alis rami & per ramorum cauliculorumque latera, & extrema flores aurei naſcuntur, quorum calyx vireſcit, ſtellatus & brevi nulloque ferè potitur pediculo: Quibus porrò ſuccedunt ſiliquæ breves, ovatæ, tumidæ, cartilagineæ, mediâ lineâ ſecundùm longitudinem diviſæ, in quibus terna aut quaterna ſemina reniformia, nec Milio majora deliteſcunt. In Arenoſis maritimiſque Oſtii Tyberini collegit Barr.

840. Anonis lutea, viſcoſa, latifolia, minor, flore pallido *Barr. Icon. 1239.* Anonis viſcoſa, ſpinis carens, lutea, latifolia, annua *Bot. Monſp.*

841. Anonis lutea, montana, non ſpinoſa, minima *Barr. Icon. 1107.* Anonis puſilla, glabra, fruticans, trifoliis affinis Cherleri *I. B. 2. 394.*

842. Anonis fruteſcens, incana, anguſtifolia, flore purpureo. Cicer Montanum, fruticans, incanum, anguſtifolium, ſerratum, minus *Barr. Icon. 419.* Ex radice craſsâ lignoſâque caulem edit fruticantem, ramoſum, denſis veſtitum foliis ternis, Meliloti formâ, ſed craſſioribus, firmioribus, incanis, lanuginoſis, minoribus tenuiſſimoque articulatis pediculo emergenti è ſquammoſis acutis geminiſque appendicibus toto ferè cauli frequenter & imbricatim ex adverſo poſitis; Flores pariter brevibus inſidentes pediculis ex geminâ illâ appendice ortum ſuum ducunt, lætè purpurei & calycibus comprehenſi incanis atque quinquefidis. Siliquas fert ſemunciam longas, tumidas, octavam unciæ partem latas, mucronatas, ſemina exigua, oblonga & reniformia includentes. In Caſtiliâ novâ locis ſiccis aridis & campeſtribus, dum Valentiâ Madritum redibat, inter Oppidula vulgò *Vellar de Canée*, & *Saclices*, cum ſequenti occurrit.

843. Anonis fruteſcens, incana, latifolia, flore purpureo. Cicer Montanum, fruticans, incanum, latifolium, caule tortuoſo & tomentoſo, flore purpureo, Hiſpanicum *Barr. Icon. 420.* Hæc craſſioribus ſtolonibus undoſis & tortuoſis diſtinguitur, quod tamen pictor non ſatis expreſſit, ut par erat. Totus præterea frutex ejuſque rami & folia denſâ caneſcunt lanugine. Folia ejus rotunda, ſerrata, craſſiuſcula, ſed quæ facilè defluvium patiuntur. Flores pariter purpureos edit è foliorum alis emergentes, ſimulque cum foliis, vel ab extremis ramis ut in ſuperiore. Appendices foliorum acutæ ſunt, ſed non pungunt.

844. Anonis fruticans, incana, anguſtifolia, ſerrata, flore purpureo. Cicer ſylveſtre, fruticans, incanum, anguſtifolium, ſerratum, flore purpureo, Hiſpanicum *Barr. Icon. 299.* Elatius fruteſcit quàm ſuperiores, ſurculique & rami recti & ſurrecti; folia ſemunciam longa, ſed vix duodecimâ unciæ parte latiora, obtuſa, in ambitu ſerrata, uno pediculo terna. Flores purpurei aliis ſimiles. Porrò appendices in exortu foliorum latiuſculæ ſunt & ſerratæ. Tota planta lanuginoſa eſt & incana. In Arragone propè locum *Burjalajo* dictum, in viâ quæ ducit à Cæſare Auguſtâ Fagaram, in finibus Catalauniæ, viget.

845. Anonis fruteſcens, anguſtifolia, non ſerrata, flore purpureo. Cicer ſylveſtre, fruticans, anguſtifolium, non ſerratum, Hiſpanicum *Barr. Icon. 300.* Foliis ſtipatur oblongis & præanguſtis, non ſerratis, ſed teretibus & facie *Crithmi*

Digitized by Google

Chryſanthemi maritimi, dodrantem unciæ longis, aliis minoribus ex eorum alis ad exortum congeſtis, multos ad latera & in cacumine caulium, & ramorum flores edit purpureos exiguos, quibus ſuccedunt ſiliquæ ſemunciam longæ, tumidæ & incurvo mucrone aculeatæ. Anonidis vires vide in Hiſt. Raii 957.

846. Fœnum-Græcum ſylveſtre, alterum, polyceration *C. B. Pin. 348.* Hedyſarum minimum, trifolium, toroſâ ſiliquâ *Barr. Icon. 257.* Hedyſarum minimum Dalechampii *Lugd. 446.* Fœnu-Græci vires vide in Hiſt. Raii 954.

847. Medica folliculo ſpinoſo *Lob. Obſerv. 498. & Icon. 37.* Trifolium luteum, cochleatum, echinatum, minus *Barr. Icon. 863. n. 1.* Tenuem habet radicem, ex quâ plures cauliculi ſupini vel erecti, foliaque rotunda & terna, dodrantem unciæ longo pediculo nixa, ſubvilloſa, per oras leviter ſerrata. Flores lutei, quaterni aut ſeni racematim congeſti, puſilli, quibus ſuccedunt totidem ferè globuli in ſpiram convoluti, molliuſculis ſpinulis echinati; ſed nondum maturi, cùm occurrebat.

848. Medicago Vulnerariæ facie, Hiſpanica *Inſt. R. Herb. 412.* Anthyllis lunaria, flore luteo, Italica *Barr. Icon. 576.* Auricula muris *Camer. Hort. Tab. viij. I. B. 2. 387.* Maio & Junio florebat in collibus ſiccis Romæ, præſertim in monte Mario. Turnefortius & D. Goiffon Hiſpaniæ indigenam dicunt.

849. Aſtragalus Alpinus, incanus, major, albo flore. Aſtragaloides montana, incana, major, flore albo *Barr. Icon. 557.* Foliis eſt Aſtragali longis, acutis, anguſtis, villoſis, alatim in longo pediculo diſpoſitis, unico utramque ſeriem in extremo claudente, juxta radicem latioribus & brevioribus, in caule anguſtioribus & longiuſculis, alterniſque. Caules ex radice perenni palmares, repandos, villoſos, ex albo gilveſcentes emittit, quorum cacumen foliis nudum ſpicato florum thyrſo decoratur, deorſum nutantium, alborum & è calycibus villoſis, virentibus & oblongis emergentium. Siliquæ ejus teretes ſunt, unciæ dodrantem longæ, villoſæ, in longam congeſtæ ſpicam & ſibi incumbentes, ſurrectæ, follicuIoſæ, in mucronem incurvum deſinentes atque ſeminibus fœtæ, quæ non vidi. Sapor amarus eſt. E Jugis Amatricenſium in Aprutio eruebat Barr.

850. Aſtragalus ſupinus, ſiliquis villoſis, glomeratis *Inſt. R. Heb. 416.* Aſtragaloides incana, flore purpureo, Lentis ſiliquis *Barr. Icon. 537. n. 1.* Hiſpaniæ indigena eſt. Planta puſilla vix medio palmo altior.

851. Aſtragalus puſillus, incanus, amplo flore purpureo. Aſtragaloides puſilla, incana, amplo flore purpureo *Barr. Icon. 537. n. 11.* Puſilla eſt Planta, incana, pubeſcens, vix duabus unciis altior. Radix ejus craſſà eſt longiuſcula, cervicoſa & perennis. Flores pro magnitudine plantæ magni, purpurei & ſurrecti. Occurrebat Barr. in Regno Valentino viâ ab urbeculâ *Almença* ad oppidum vulgò *al Pera.*

852. Aſtragalus pumilus, incanus, hiſpidus, flore albo. Aſtragaloides pumila, incana, hiſpida, flore albo *Barr. Icon. 537. n. 111.* Superioris congener, ſed minor & ſurrectus. Præterea folia incana licèt, obſtuſiora & magis villoſâ, denſâ ſerie pediculo ſeu nervo medio articulata. Flores porrò nivei ſunt candoris. Radix perennis pariter & craſſa. Totaque Planta vix duabus unciis major. Hiſpaniæ indigena eſt.

853.

853. Pelecinus vulgaris *Inſt. R. Herb. 417.* Hedyſarum congeſtis & utrinque lunatis ſiliquis *Barr.Icon.1137.* Lunaria radiata Robini *J. B. 2. 348. & Raii Hiſt. 939.*

854. Arachidna quadrifolia, villoſa, flore luteo *Plum. Nov. Plant. Amer. Gener. 49.* Lupinus quadrifolius, flore luteo, ſaturo, exoticus *Barr. Icon. 1215.* Mundubi Braſilienſibus *Margr. 37.*

855. Balſamina lutea, Polonica *Barr. Icon. 1197.* Balſamina lutea ſive Noli me tangere *C. B. Pin. 306. Raii Hiſt. 1328. La Balſamine à fleur jaune.*

856. Viola Martia, minor, flore violaceo *Barr. Icon. 695.* Viola Martia, inodora, ſylveſtris, foliis majoribus & rotundioribus *C. B. Pin. 199. Raii Hiſt. 1050. La Violette de Mars, ſans odeur.*

857. Viola montana, minima, flore albo, parvo *Barr. Icon. 760.* E radice perenni, craſſiuſculâ, longâ, repente, filamentoſâ & fibris è fuſco luteis capillatâ erumpunt folia è nigro virentia, quina aut ſena & ampliùs, tenui, tres quatuorve uncias longo ſurrectoque nixa pediculo, juxta radicis cervicem ruſeſcente; è quorum medio ſurgit cauliculus unus aut alter, craſſiuſculus, palmo paulò brevior, firmus, imâ parte è luteo ruſeſcens, nudus, unico duntaxàt folio verſus florem interruptus, in cujus ſummo flos unicus, parvus, albuſque eminet. Summis in pratis Amatricenſium montium in Aprutio, ſed præſertim in illo monte qui vulgò dicitur à paſtoribus *Monte Radicina*, Maio & Junio florebat.

858. Viola Hiſpanica, fruticans *Barr. Icon. 568.* Viola Hiſpanica, fruticoſa, longifolia *Inſt. R. Herb. 421.* Radicem hujus rupium rimis altè infixam habere non potui, ex eâ ſurculi lignoſi erumpunt ramoſi, medio palmo, vix altiores & denſis foliis frondoſi, longis, anguſtis, in extremo nonnihil obtuſis, per oras integris nec ſerratis. Ex eorum ſinu per totum caulem exeunt ſparſim pediculi tenues, ſeſcunciales, nudi, ſingularibus Violæ floribus è cæſio cæruleis onuſti parvis & minoribus quàm Violæ Martiæ, quibus marceſcentibus ſuccreſcunt utriculi trigoni, & trifariam dehiſcentes. Totius Plantæ formam & magnitudinem habes in Icone. Differt à *Violâ montanâ, pumilâ Cluſ. Cur. Poſt. in fol. 31.* floris colore. In deſerto *la Murtha* dicto ſex leucis ab urbe Valentiâ, meridiem verſus, non longè à mari inter ſaxa erumpit.

859. Viola montana, lutea, ſubrotundo crenato folio *Barr. Icon. 691.* Viola montana, lutea, grandiflora *C. B. Pin. 200.* Radix huic ceſpitoſa, alba, fibroſa, ſed perennis, ex quâ enaſcuntur folia oblonga, crenata, & ſubrotunda; quæ verò cauliculis hærent altiùs inciſa & ex alis ſuis longos, quandoque ſemipalmares, anguloſos, nudos emittentia pediculos quibus flos eminet omnium Violarum ampliſſimus, odore ſuaviſſimo præditus, deorſum nutans, aureo nitore fulgens & flavus, ex quinque petalis criſpantibus & undantibus conſtans, quorum ſuperiora majora & ampliora. Sapor totius plantæ ſubacris eſt. In omnibus altioribus Apenninorum Alpiumque Delphinatûs pratis paſſim eſt obvia.

860. Viola montana, cærulea, tricolor, folio ſubrotundo, crenato *Barr. Icon. 692.* Viola montana, tricolor, odoratiſſima *C. B. Pin. 199. Raii Hiſt. 1052.* A ſuperiori diſtinguitur florum colore, folia quandoque ei paulò ampliora; ſed flos ejus variat plurimùm albo, atropurpureo, violaceo, dilutè cæru-

Digitized by Google

leo, vel cæruleo colore; odore tamen ſuaviſſimo præditus. In monte Malliano in Aprutio ad Septentrionem obſervavit Barr. Nos in Alpibus ſupra Camberiacum, Gratianopolim & Vapincum, necnon in valle Barſilionenſi, & in monte Pilati ſupra Lugdunum.

861. Viola tricolor, hortenſis, violacea, alba, lutea, inciſis foliis *Barr. Icon. 696.* Viola tricolor *Dod. Pempt. 158.* Viola tricolor, hortenſis, repens *C. B. Pin. 199. Raii Hiſt. 1052. Penſées.* Hujus flos triplici accenditur colore violaceo ſcilicet albo & luteo.

862. Viola tricolor, ſylveſtris, ſubrotundo folio, purpuraſcente flore *Barr. Icon. 757. n. 1.* Viola ſylveſtris *Lob. Icon. 611.* Viola bicolor, arvenſis *C. B. Pin. 200. Raii Hiſt. 1053.* Superiora petala florum huic purpurea ſunt, lateralia duo unguibus albeſcentibus inſignita; inferiora verò lutea cum unguibus albidis ſubindè per oras purpuraſcentibus. Sequentes variant foliis & floribus.

863. Viola tricolor, ſylveſtris, anguſtifolia, flore albo *Barr. Icon. 757. n. 11.*

864. Viola tricolor, ſylveſtris, anguſtifolia flore cæſio *Barr. Icon. 757. n. iij.* Flos huic exiguus, cujus ſuperiora petala purpurea ſunt, lateralia è cæſio albicantia; inferiora juxta unguem lutea, reliquum è cæſio albicat.

865. Fumaria tenuifolia, erecta, purpurea, Hiſpanica *Barr. Icon. 41.* Fumaria minor tenuifolia *C. B. Pin. 143.* Capnos tenuifolia *Cluſ. Hiſt. ccviij. & Raii Hiſt. 406. La Fumeterre d'Eſpagne.*

866. Fumaria henneaphyllos, Hiſpanica, ſaxatilis, flore vario *Barr. Icon. 42.* Fumaria henneaphyllos, Hiſpanica ſaxatilis *Bocc. Muſ. part. 2. 83. Tab. 73.* Fumaria Hiſpanica, ſaxatilis, foliis amplioribus, cordiformibus, ſemine compreſſo *Inſt. R. Herb. 422.* Elegans hæc planta è radice in ſaxorum rupiumque rimis merſâ, longâ, tenui, ſed vivaci, multis denſiſque latum in ceſpitem congeſtis foliis cordatis, glaucis, pediculo ramoſo novenis adnatis luxurians, cauliculiſque teneris infirmis, ſucculentis, geniculatis, fragilibus, varièque inflexis vix ſupra palmum ſurſum aſſurgit, ternis aut quinis ornata in ſummo floribus ex albo rubro & luteo mixtis, hiatu latiore, & longo acutoque calcari juxta & ponè pediculum præditis, ſemen compreſſum eſt. Juxta Sigoviam Caſtiliæ veteris urbem extra muros, in valle ad Septentrionem, inter rupes frequens & ſemper virens.

867. Fumaria tuberoſa, inſipida, Canadenſis *Barr. Icon. 107.* Fumaria tuberoſa, inſipida *Corn. 126.* Icon. Barr. ex Corn. Hiſt. l. c.

868. Capnoides *Inſt. R. Herb. 423.* Fumaria ſiliquoſa, ſemper virens, Canadenſis, flore carneo, rictu aureo *Barr. Icon. 108.* Fumaria ſiliquoſa, ſemper virens *Corn. 58. Raii Hiſt. 974.* Icon. Barr. & deſcriptio ex Corn. Hiſt. l. c.

869. Reſeda minor, inciſis foliis *Barr. Icon. 587.* Reſeda foliis Calcitrapæ, flore albo *Mor. H. R. Bleſ.*

870. Luteola pumila, Pyrenaica, Linariæ folio *Inſt. R. Herb. 424.* Reſeda minor, alba, dentatis foliis *Barr. Icon. 588.* Hujus deſcriptionem non invenio.

871. Aconitum reticulatâ radice, flore ſulfureo albicante, latifolium *Barr. Icon.*

Digitized by Google

Icon. 599. Aconitum Lycoctonum, luteum *C. B. Pin. 183. & Raii Hiſt. 704. L'Aconit à fleur jaune.* Reperitur in Alpibus & aliis montibus editioribus (ut rectè monet Dodonæus Hiſt. Pempt. 439) ampliore caule amplioribuſque foliis, quandoque humilibus ac minoribus. Flos etiam modò luteus, interdum pallidior.

872. Aconitum reticulatâ radice, flore ſulfureo albicante, anguſtifolium *Barr. Icon. 600.* Prioris varietas Julio & Auguſto utrumque florebat in monte Sancti Vicini in Italiâ, necnon in monte Aſſiſii juxta locum quem majus Mortarium vocant.

873. Aconitum cæruleum, minus, ſive Napellus minor *C. B. Pin. 183.* Thora Italica ſive Napellus minor, flore cæruleo *Barr. Icon. 610.* Thora Italica *Cluſ. Hiſt. xcviij. Le Napel.*

874. Aconitum ſalutiferum ſive Anthora *C. B. Pin 184. Raii Hiſt. 705.* Anthora vera, flore luteo *Barr. Icon. 609. L'Anthora.* Ex montibus majoris Carthuſiæ habuit, ibique invenimus aſcendendo ad montem *Grandſon* dictum.

875. Aquilegia ſimplex, corniculata, flore cæruleo *Barr. Icon. 628.* Aquilegia hortenſis, ſimplex *C. B. Pin. 144. Raii Hiſt. 707. L'Ancolie.*

876. Aquilegia alba, multiplex, è purpuro violaceo variegata *Barr. Icon. 618.*

877. Aquilegia corniculata, violacea, umbellâ reflexâ *Barr. Icon. 614.*

878. Aquilegia corniculata, flore albo, minore *Barr. Icon. 31.*

879. Aquilegia corniculata, flore cæruleo, minore *Barr. Icon. 32.*

880. Aquilegia corniculata, roſea, prælongo flore albo *Barr. Icon. 616.*

881. Aquilegia corniculata, roſea, cærulea, brevi & denſiſſimo flore *Barr. Icon. 615.*

882. Aquilegia corniculata, roſea, altera *Barr. Icon. 676.*

883. Aquilegia corniculata, criſpa, longior *Barr. Icon. 675.*

884. Aquilegia corniculata, criſpa, ſaturè rubra, major *Barr. Icon. 630.*

885. Aquilegia corniculata, criſpa, minor, rubra *Barr. Icon. 629.*

886. Aquilegia promiſcua, vario flore *Barr. Icon. 623.*

787. Aquilegia inverſa, pleno flore *Barr. Icon. 613.* Aquilegia hortenſis, multiplici flore inverſo *C. B. Pin. 145.* Aquilina pleno inverſo flore *Cluſ. Hiſt. cciiij.* Barrelieri Icon. ex Cluſio l. c.

888. Aquilegia ſtellata, ſimplex, violaceo-purpurea, major *Barr. Icon. 624.*

889. Aquilegia ſtellata, purpurea, albis foliorum acuminibus *Barr. Icon. 626.*

890. Aquilegia ſtellata, purpuro-violacea, minor *Barr. Icon. 625.*

891. Aquilegia ſtellata, albo-violacea, variegata *Barr. Icon. 621.*

892. Aquilegia ſtellata, maxima, alba, μελανοςίκτος *Barr. Icon. 622.*

893. Aquilegia ſtellata, umbellâ reflexâ, flore pleno, tenuifolio, violaceo *Barr. Icon. 634.*

894. Aquilegia ſtellata, violacea, minor, latifolio & pleniſſimo flore *Barr. Icon. 633.*

895 Aquilegia ſtellata, alba *Barr. Icon. 673.*

896. Aquilegia ſtellata, cærulea *Barr. Icon. 674.*

897. Aquilegia ſtellata, flore violaceo, latifolio, criſpo *Barr. Icon. 620.*

898. Aquilegia ſtellata, flore violaceo, latifolio *Barr. Icon. 619.*

899. Aquilegia ſtellata, criſpa, minor, violacea *Barr. Icon. 635.*

900. Aquilegia ſtellata, criſpa, minor, rubra *Barr. Icon. 636.*

901. Aquilegia degener, vireſcens, ſtellata, roſea *Barr. Icon. 608.* Aquilegia degener, vireſcens *C. B. Pin. 145.*

902. Aquilegia roſea, cæruleo-violacea, rara *Barr. Icon. 607.* Hæc floris gratiâ

Digitized by Google

gratiâ cæteras vincit; Petala enim quamvis numeroſa, ita eleganter ordinata ſunt, radiique ad amuſſim & veluti filo ducti ita diſtinguuntur, ut eorum numerum facilè poſſis aſſequi. Flos totus cæruleo-violaceus, circa umbilicum maculis quibuſdam pallidis notatus, quaſi venuſtatis causâ.

903. Multùm ludunt Aquilegiæ tum colore tum ordine petalorum. Has variationes ſufficienter hiſce tabulis expreſſiſſe videtur *Barr.*; omnes tamen in Icone *627.* habes ſimul collectas.

904. Aquilegia tenuifolia, præcox, Canadenſis, purpuro-luteo ſimplici flore *Barr. Icon. 617.* Aquilegia pumila, præcox, Canadenſis *Corn. 60. Raii Hiſt. 607. L'Ancolie de Canada.*

905. Fraxinella *Cluſ. Hiſt. 99.* Dictamnus albus officinarum, minor, Hiſpanicus *Barr. Icon. 1318. Le Dictame blanc, ou la Fraxinelle.* Vires vide in Hiſt. Raii 699. In Hiſpaniâ & Galliâ Narbonenſi provenit.

906. Calceolus Marianus, albo ſandalio & breviore, Canadenſis *Barr. Icon. 260.* Calceolus Marianus, Canadenſis *Corn. 204. Le Sabot de Notre-Dame.* Icon. Barr. & deſcriptio ex Corn. Hiſt. l. c.

907. Ambroſia vulgaris *Barr. Icon. 1144.* Ambroſia maritima *C. B. Pin. 138. Raii Hiſt. 164. L'Ambroſie.*

908. Gnaphalodes Luſitanica *Inſt. R. Herb. 439.* Gnaphalium ſylveſtre, ſupinum, retuſis foliis, Hiſpanicum *Barr. Icon. 1147. n. 11.*

909. Carduus tomentoſus, Acanthi folio vulgaris *Inſt. R. Herb. 441.* Acanthium tomentoſum, capite & ſemine majoribus, criſpantibus caulium alis *Barr. Icon. 502.* Acanthium vulgare *Park. Theat. 979. Raii Hiſt. 313. Chardon à feuilles d'Acante.*

910. Carduus Acanthi folio anguſtiore *Inſt. R. Herb. 441.* Acanthium virens, majoribus, capitis ſpinis *Barr. Icon. 501.* Acanthium Illyricum *Park. Theat. 979. & Raii Hiſt. 313.*

911. Carduus nutans *I. B. 3. 56.* Onopyxus amplo capite purpureo, anguſtifolius *Barr. Icon. 1116.* Caulem emittit pedalem & cubitalem, erectum, ſtriatum, lanuginoſum, aculeis ſecundùm longitudinem echinatum, non tamen alatum, cui hærent folia quinque vel ſex uncias longa, vix unciâ latiora, anguſta, profundè ſinuoſa & laciniata, ad oras acutè ſerrata & ſpinis aculeata; dum verò altiùs ſurgunt, in caule minora & acutiora. Summo in caule caput Cardui amplum inſidet ſquamis aculeatum planis, virentibus & in longos, tenues, & luteſcentes deſinentibus aculeos, ſupra floſculos etiam purpureos quos complectuntur, quandoque eminentibus. Semen maturum non vidi. In campeſtribus Latii & Etruſiæ frequens cum ſuperioribus.

912. Carduus ſeu Polyacantha vulgaris *Inſt. R. Herb. 441.* Acarna Theophraſti Imperato, Ilvenſis ſeu Italica *Barr. Icon. 1211.* Imper. 669. Acarna major, caule folioſo *C. B. Pin. 379. Raii Hiſt. 315.* Icon. Barr. ex Imper. Hiſt. l. c. Flores ejus purpuraſcunt; malè azureos dicit Imperatus, malè flaveſcentes Lobelius. In collibus ad Septentrionem oppidi *Rio* dicti non longè à Ferri fodinis Ilvenſibus provenit.

913. Carduus maritimus, major, caneſcens, flore purpureo. Jacea maritima,

tima, incana, capite purpureo, ſpinoſo, major *Barr. Icon. 1217.* Radice eſt Raphani tenuiore, pedali, ſubfuſcâ, paucis fibris à lateribus capillatâ, ex quâ aliquot caules erumpunt rotundi, ſeſquicubitales, ſemialati, ſtriati, lanuginoſi, repandi, foliis veſtiti alternis, Centaurii majoris formâ, palmo longioribus, longo pediculo & carinato innixis, in ſex aut quatuor lobos geminos, minores, Erucæ modo diviſis inferioribus, ſuperioribus verò integris, nonnihil ſinuoſis, per oras dentatis, ad baſim auriculatis, quàm inferiora longè minoribus & anguſtioribus. Summis inſident ramis capita ſquamata, virentia, ſpinoſa, ſingulis ſquamis in ſtellam ſpinarum ex ſeptem aculeis quorum medius longior eſt, conſtantem, deſinentibus. Floſculi purpurei ſtaminibus & ſtylis albicantibus variegati. Tota planta incanâ pubeſcit lanugine. Odor ſaporve illius ingratus & amarus. Maritimæ oræ & Italiæ indigena eſt.

914. Carduus maritimus, caneſcens, alato caule, medius. Jacea maritima, cinerea, capite purpureo, ſpinoſo, media *Barr. Icon. 235.* Radice potitur longâ, fuſcâ, lignoſâ, cujus caput in multos ſurculos & cauliculos dividitur tenues, tortuoſos, anguloſos, ſtriatos, pubeſcentes, ramoſos, ſupinos & humi per arenam latè fuſos & ſparſos, foliis veſtitos minoribus quàm in præcedenti, alternis, tenuibus brevibuſque pilis hirſutis & è viridi ſubcinereis, infimis palmaribus, & in obtuſos lobos laciniatos diviſis & cinereis, baſi latâ caulem amplexantibus, ſenſim minoribus, brevioribus, per oras dentatis, aut in tres pauciore ſve & inæquales lobos diviſis. Extremis ramis inſident ſingularia capita, quàm in præcedenti, minora, aculeiſque brevioribus ſpinoſa, quorum etiam floſculi nonnihil ex albido rubeſcunt. In arenoſo littore maris Tyrrheni & juxta Centumcellas creſcit.

915. Carduus maritimus, caneſcens, alato caule, minor. Jacea maritima, incana, folio integro, caule folioſo, capite purpureo, ſpinoſo, minor *Barr. Icon. 236.* Hæc ſpecies à ſuperioribus duobus diſtinguitur, tum quòd minor, tum foliis integris, anguſtis, quatuor uncias longis, quandoque palmaribus, incanâ lanugine ſubpubeſcentibus, in ambitu dentatis, in extremo aculeatis, præſertim circa caulis ſummitates, carnoſis, amplexicaulibus, alternis & ſinuoſis. Caulis illi alatus, angularis, ſtriatus, lanuginoſus, ramoſus, erectus firmuſque. Caput ut in ſuperiori, ſed minus. Floſculi inodori. Caules & folia fœtent, amara & ingrati ſaporis.

916. Carduus ſtellatus, luteus, aculeatis & profundè inciſis foliis *Barr. Icon. 346.* Arrecta in caule, alternaque fert folia tenuia, levi lanugine albicantia, quorum ſinguli lobi & inciſuræ tenui acutâque rigent ſpinulâ. Summo in caule caput ſquamoſum, magnumque pro conditione plantæ promit, cujus ſingulæ ſquamæ in rigidos radiatimque ſeſe explicantes ſpinas, quadrantem unciæ longas deſinunt, & in medio floſculi lutei quales *ſolſtitialis ſpinæ*, deliteſcunt. Radicem ſeminaque non obſervavi. Hiſpaniæ eſt indigena.

917. Carduus purpureus, Cyani folio *Barr. Icon. 418. Bocc. Muſ. part. 1. Tab. viij. Fig. 2.* Carduus ſtellatus, Leucoii folio *Mor. H. R. Bleſ. & Raii Hiſt. 318.*

918. Carduus pumilus, erectus, Jaceæ incano folio & tenui. Jacea pumila, incana, tenuifolia, capite ſpinoſo, erecta *Barr. Icon. 179.* Radice nititur longâ, tereti, raris fibris capillatâ, rufâ & nigricante. Caules tres aut quatuor ab imâ parte rectos, incanos, pubeſcentes, firmos, palmareſque promit foliis veſtitos mollibus, inferioribus latiuſculis & *Hieracii* facie vel *Jaceæ*, ſeſcunciam & ampliùs longis, ſenſim tenuioribus & brevioribus, lobiſque in quos dividuntur, anguſtioribus & rarioribus, adeò ut quæ à medio caule ſurſum enaſcuntur, videantur ferè capillaria & integra, & quæ capiti ſupponuntur, florem ſæpè ſuperent altiuſque erigantur. Summi caules ſingularia ſuſtinent capita ſpinoſa, minora tamen nonnihil quàm in ſequenti. Floſculi purpuraſcunt.

919. Carduus pumilus, ſupinus, Jaceæ folio incano & tenui. Jacea pumi-

L la,

Digitized by Google

la, incana, tenuifolia, capite ſpinoſo, ſupina *Barr. Icon. 180.* Plures ex radice emittit cauliculos ſupinos & ſubinde erectos, alternis rariſque & vix unciæ dodrantem longis veſtitos foliis, quorum ima in paucas lacinias, anguſtiſſimas & profundas ſunt diviſa; ſuperiora verò ut plurimum integra & *Stæchados citrinæ* æmula. Singuli cauliculi ſingularia ferunt capita, ſpinoſa, purpureis compoſita floſculis. Tota planta incana eſt, & facie ſuâ externâ *Stæchadem citrinam* mentitur.

920. Carduus pumilus, ſupinus, Jaceæ folio tenui & incano, capite breviore. Jacea pumila, tenuifolia, ſupina, capite brevi ſpinoſo *Barr. Icon. 181.* Plurima folia humi fuſa, incana, & in tenues anguſtas plureſque lacinias altè diviſa edit ex radice perenni, longâ, raris fibris capillatâ & fuſcâ. Ex foliorum medio quatuor aut quinque cauliculi exeunt ſupini, incani, teretes, ſtriati, tenuioribus, anguſtioribuſque foliis veſtiti, & in duos treſve ramulos ſummâ parte diviſi, in quorum faſtigio inſident capita quàm in ſuperiori minora, breviora, ſed ſpinoſa. Tota planta incana eſt & amara.

921. Carduus Hiſpanicus, minor, hieracii folio, flore luteo. Jacea minor, Hieracii folio, capite ſpinoſo, Hiſpanica *Barr. Icon. 160.* E parvâ bienniquc radice folia edit parva, humi congeſta, *Hieracii* formâ, obtusè ſinuoſa, dentata hiſpidaque, ternos etiam aut quaternos cauliculos raris veſtitos foliis minoribus, anguſtis, minùs ſinuoſis & quandoque uncialibus. Ramulorum non modò in vertice capita inſident pluribus ſquamis ſpinoſis imbricatim loricata, floſculiſque referta luteis, quibus ſuccedunt ſemina *Jaceæ* pellucida & papposa: verùm juxtà radicem humum inter & folia, terna, quandoque plura erumpunt capita pariter ſpinoſa cum floribus luteis.

922. Carduus Jaceæ folio breviori & anguſto, capitulis cum ſquamis tricuſpidibus. Stæbe Linifolia, capite ſpinoſo *Barr. Icon. 308.* Folia huic oblonga, brevia, anguſta, per oras nonnihil dentata, virentia, per ramos inæqualiter & ſatis raró ſparſa. Floſculi purpurei, calyce comprehenſi tumidiore, ſquamato, ſquamis ſingulis in tres aculeos breves deſinentibus. Foliorum & capitis magnitudinem habes in Icone. Semina fuſca ſunt. Radicem non vidi. Sapor totius plantæ amarus. Hiſpaniæ alumna eſt.

923. Carduus Pineis foliis, flore luteo. Stæbe major, Pineis foliis, luteo flore, capite ſpinoſo *Barr. Icon. 316. & Bocc. Muſ. part. 2. 83. Tab. 76.* Radice pollet perenni, è quâ plures caules erecti exeunt incani, ſurſum ad duos palmos & ampliùs aliquandò aſſurgentes, firmi, ſtriati ſeu potius anguloſi, crebris, anguſtis, ſubtilibus & teretibus, prælongis & Pineis, niſi molliora eſſent, arrectiſque veſtiti foliis quorum ſuperiora ſenſim breviora. In ſummo caulium capita ſingularia prominent, quandoque bina, ſpinoſis ſquamis imbricatim armata & floſculos luteos complectentia. Romæ in Horto Vaticano cultum vidit Barr. Diſtinguitur à *Chamæpeuce. P. Alp. Exot. 76* foliis ſuis teretibus & capitibus ſpinoſis.

924. Carduus montanus, Italicus, foliis tenuiſſimis & ſpinoſis. Stæbe montana, tenuifolia, foliis & capite ſpinoſis, Italica *Barr. Icon. 385.* Pari nititur radice ac *Stæbe Salmaticenſis 111. Cluſii*, ex cujus capite folia confertim erumpunt tenuiſſimè inciſa, nonnulla capillaria, & Fœniculi æmula, viridia, in extremo mucronata, ut plurimum medio nervo ſubincano & ſubhirſuto ſuſtentata, in latum ſe ſpargentia, baſi latiore & villoſâ donata, alterna, amplexicaulia, quinque aut ſex uncias longa, quæ longiſſima, duas lata, in caule verò minora & rariora. Caulis rectus, firmus, lanuginoſus, nonnihil incanus, pedalis ut plurimum, ſemi nudus, alternis ramis & foliis veſtitus. Extremis ramis & caule inſident ſingularia capita ſquamoſa, villoſis ſquamis pallidis acutis & in trientem unciæ longas ſpinas atrofuſcas ſurrectaſque deſinentibus. Floſculorum color, & ſemina ut in *Stæbe Salmaticenſi.* Junio florebat in Gualdo Umbriæ monte in Italiâ.

925. Carduus nemoroſus, Italicus *Barr. Icon. 417.* Deſcriptionem non invenio

Digitized by Google

invenio. A *Carduo pycnopolycephalo Triumf. 10.* non multùm diſtat, ſi non idem.

926. Carduus foliis integris, Intybaceis. Jacea Intybacea, capite rubro ſpinoſo *Barr. Icon. 1218. & Bocc. Muſ. part. 2. 60. Tab. 48.* Deſcriptam non reperio in ſcriptis Barrelieri. Boccone qui Iconem Barrelieri ſumpſit, Bipedalem dicit & indigenam Etruſiæ.

927. Carduus Syriacus, Cyani facie, flore purpureo. Cyanus purpureus, capite ſpinoſo, Syriacus *Barr. Icon. 503.* Prima plantæ folia oblonga erant, integra, alia in caule Cyani modo aut Erucæ altiùs in tres, aut quatuor à latere lobos inciſa, obliquis venis virgata, glabra & lætè virentia. Flos ruber erat, Cyani formâ, id eſt floſculis marginalibus amplioribus, ſtellatis, in diſco verò minoribus, dilutiùs rubentibus aut purpureis, è quorum cavo ſtyli tenues, acuti, purpurei & ſurrecti prominebant. Capitis ſquamæ parte imâ virent, & ſummâ albeſcunt & caneſcunt, necnon in ſpinam ſimplicem abeunt. Tota planta amari eſt ſaporis. Romæ florebat Julio in horto ſancti Xyſti ſemine ex Syriâ delato, ſed brevi interiit.

928. Carduus cripis Theophraſti *Barr. Icon. 376. n. 1.* Quid?

929. Carduus ferox, Hiſpanicus, ſpinis majoribus *Barr. Icon. 474.* Carduus Polyacanthus, Hiſpanicus, breviore folio, longiſſimis aculeis munito *Inſt. R. Herb. 441.* Folia rigidiora multò & duriora, minuſque ſinuoſa quàm in ſequentibus, ſed contortis velut eorum oris nonnihil criſpa & undantia, longioribuſque ſpinis & ferocioribus binis terniſque per oras & per intervalla armantur unciam ferè longis, craſſis, luteis, rectis; supernè lætè virent folia, infernè ſubincanâ pubent lanugine. Caulem nec flores vidi.

930. Carduus ferox, mitior Hiſpanicus *Barr. Icon. 473.* In montibus *Jaen* Boeticæ in Hiſpaniâ folia ejus tantùm ima vidi, quæ erant ſemipalmum longa, dodrantem unciæ lata, per oras ſinuoſa, longis, duris, craſſiuſculis & luteis ſpinis horrida, ad oras profundiores brevioribus & tenuioribus ſpinis armata, ſupernè viridia, infernè villoſa & incana.

931. Carduus Italicus, ſpinoſior, amplo capite. Arcana latifolia, ſpinoſior, amplo capite *Barr. Icon. 484.* Hanc ſpeciem ſuperiori ſimillimam, ſi non eadem eſt, reperiebam in Italiâ, ſed flores jam abierant, undè colorem non potui obſervare. Caput erat amplum & uncialis diametri, è duris, nigris, ramoſis craſſiſque ſpinis in extremo albidis, & quartâ unciæ parte longis conflatum. Semen ejus ſubrotundum & rufum. Folia latâ baſi caulem amplexabantur, emittebantque hinc inde appendices, quibus media caulis pars fiebat alata & erat ſpinis circumſepta.

932. Jacea nigra, major, foliis integris *Barr. Icon. 1324.* Jacea Luſitanica, ſemper virens *H. R. Par. Raii. Hiſt. 326. La Jacée de Portugal.*

933. Jacea anguſtifolia, Intybaceis dentatiſque imis foliis. Stæbe anguſtifolia, Intybaceis, dentatiſque imis foliis *Barr. Icon. 307.* Huic ima folia latiora, per oras dentata *Hieracii fruticoſi, Sabaudi Lobelii* modo, in caule verò anguſtiora & nonnihil etiam incana, dentata & ſinuoſa. Caules vix palmares, tortuoſi, in plures ramos brachiati, ſuſtinentes ſingularia capita teretia, ſquamoſaque; ſemen glabrum eſt, albicans & pappis inſtructum. Varietas *Jaceæ nigræ anguſtifoliæ C. B. Pin. 27.*

934. Jacea fruticans, incana, Hyſſopi folio, major. Stæbe fruticans, Hyſſopi folio, major *Barr. Icon. 305.* Sequenti ſimilis eſt, ſed majoribus donatur foliis, ut videre eſt in Icone. Semen ejus craſſius, brevius & pappis pariter inſtructum; caput etiam craſſius, glabrum, nulliſque pilis in cirros criſpatis tectum ut in ſequenti. Diſtinguitur ab *Cyano peramaro, ſupino, capitulis ſquarroſis, ſeſamoidis parvi Lobelii Obſerv. 296.* foliis quæ in noſtrâ minora ſunt, *in Cyano vero Lobelii* ampliora & obtuſiora.

935. Jacea fruticans, incana, brevi Hyſſopi folio. Stæbe fruticans, incana, brevi Hyſſopi folio, capite tereti & cirroſo *Barr. Icon. 306.* Humilis eſt planta vix medium palmum alta & fruticans, cujus caulis lignoſus, incanus & ramoſus, denſis, alternis, arrectis & incanis inſtruitur foliis rigidis, quàm *Stæchados citrinæ* longè brevioribus: capita oblonga, teretia, ſquamata, cirris criſpiſque pilis comoſa. Floſculi purpurei. Semina argentei coloris & pappis inſtructa ſubluteis.

936. Jacea minor, Globulariæ folio, flore purpureo, Hiſpanica *Barr. Icon. 159.* Ex radice parvâ & perenni folia enaſcuntur quinque aut ſex, vix ſeſcunciâ longiora, ad baſim anguſtiora, ſenſim latiora, *Globulariæ* modo & obtuſa, per oras nonnihil ſinuata hiſpidaque; è quorum medio caulis rectus, vix dodrantalis, hiſpidus, raris alterniſque foliis, ſed anguſtioribus veſtitus aſſurgit non ramoſus, exile caput *Jaceæ* ſquamoſum villoſumque ſuſtinens, imâ parte rotundius, ſummâ verò compreſſius & floſculis purpureis refertum. Squamæ capitis in pilos etiam purpuro-violaceos deſinunt. Aridis & ſaxoſis Hiſpaniæ collibus delectatur.

937. Jacea minima, Globulariæ folio, flore purpureo, Hiſpanica *Barr. Icon. 162.* Jacea Hiſpanica, pumila, Linariæ folio *Inſt. R. Herb. 445.* Cæteris humilior & ſupina radicem habet craſſiuſculam, brachiatam, ſubrufam & in varia capita divaricatam, ex quibus densè ſatis humi fundit foliola integra, villoſa, ima obtusè acuta, in caule verò acutiora, longiora & anguſtiora. Cauliculi biunciales ſunt & ſupini; capita verò villoſa & parva. Flores purpurei. Tota planta vix Icone major.

938. Jacea pumila, ſupina, purpurea, integro folio *Barr. Icon. 142.* Supina eſt plantula foliis & cauliculis repandis hirſuta & aſpera; foliis *Anchuſæ*, ſed minoribus, longis, quorum prima latiuſcula, oblongo anguſtoque pediculo ſenſim in latum extenſa, in extremo acuta & *Globulariæ* formâ, quò magis à radice recedunt, anguſtiora fiunt & acutiora. Cauliculi alternis veſtiuntur foliis, teretes, rotundi, densè villoſi, incani & humifuſi, ferentes capita ſquamoſa, denſis pilis longiuſculis, criſpis, rufis, è ſquamarum oris & mucrone confeſtim enatis comoſa. Floſculi verò purpurei ſunt. Vix ad duas uncias ſurgit ſemipalmaris tamen planta fuſis in gyrum ternis aut quaternis ſurculis. Hiſpaniæ indigena eſt.

939. Jacea minor, purpurea, parvis & integris foliis *Barr. Icon. 139.*

940. Jacea capitata, Roriſmarini folio *H. R. Monſp.* Chamæ chryſocome prælongis purpuraſcentibuſque Jaceæ capitulis *Barr. Icon. 406.* Stæchadi citrinæ affinis, capitulis longioribus *I. B. 3. 156. Raii. Hiſt. 326. & 283.* Circa Monſpelium & ſupra Maſſiliam in monte dicto *Notre-Dame de la Garde* creſcit.

941. Jacea Stæchadis folio, flore luteo *Bocc. Muſ. part. 2. 77. Tab. 65.* Stæbe Stæchadis folio, flore luteo *Barr. Icon. 315.*

942. Jacea minor, Stæchadis citrinæ folio *Barr. Icon. 141.* Caulis huic ſeſquipedalis, ſtriatus, anguloſus, & in plures ramos ab ipsâ radice diviſus, incanâ lanugine pubentes, crebriſque foliis veſtitos anguſtis, oblongis, capillaribus, ſeſcunciam longis, unâ aut alterâ brevi laciniâ dentatis. Capita ejus oblonga brevibus ſpinis innocuis ferè armata, & floſculis inſignita luteis.

943. Jacea minima, tenuifolia, erecta, Hiſpanica *Barr. Icon. 161.* Annua eſt planta tenui, rectâ fuſcâque è radice caulem unicum, rectum, vix triuncialem, nec Icone majorem, tenuibus & uſque ad medium nervum tenuiter inciſis foliolis densè inſtructum & ramoſum, cujus ſummo inſident capita oblonga, ſquamata, ſquamis laxis, parvis, acutis, paleaceis & per extrema purpuraſcentibus. Defloruerat, cùm occurrit, nec ſemen maturuerat. Inter ſaxa erumpens puſilla eſt, in collibus verò & pinguiori ſolo altior & amplior fit in Hiſpaniâ.

944. Jacea pumila; tenuifolia, ſupina, capite brevi non ſpinoſo *Barr. Icon.*

Digitized by Google

Icon. 182. Folia ejus in profundas tres lacinias inciſa & diviſa, vix unciâ longiora ſunt, fortè ob petroſi ſoli in quo creverat, ſiccitatem. Cauliculi ſupini ſunt & ſeſcunciales quibus alterna hærent folia, & in ſummo inſidet caput ſquamoſum, breve & ſatis amplum pro plantæ magnitudine, evanido flore in pappum ſericeum non deciduum ſeſe explicans. Amari eſt ſaporis.

945. Jacea pumila, incana, ceſpitoſa, latiuſculis foliis *Barr. Icon. 177.* Radicem habet prælongam, pro ratione plantæ quæ vix ſeſcunciâ altior, palmarem, teretem, è ruſo ſubnigricantem, raris brevibuſque fibris capillatam, in tria aut quatuor capita diviſam, à quibus capitibus conferta & densè congeſta erumpunt folia humi ſparſa, ſeſcunciâ vix longiora & ſextante unciæ latiora, in duas, tres pluresve lacinias ad nervum uſque diſſecta. Ex eorum medio cauliculi erumpunt foliis plurimis veſtiti, unciales, nec ipſis foliis altiores & ſuſtinent capita parva, oblonga, ſquamata, nonnihil ſpinoſa, purpureis decorata floſculis. Tota planta tenui caneſcit lanugine, nec Icone major.

946. Jacea pumila, incana, ceſpitoſa, tenuifolia *Barr. Icon. 178.* Radix hujus ut in ſuperiori, non tamen adeò fuſca, nec ceſpitoſa. Folia ſeſcuncialia ferè ſunt & in longiores, tenuiores & quaſi capillaceas lacinias ſunt diſſecta. Cauliculi incani, biunciales, quandoque majores brevioribus & raris veſtiuntur foliis. Caput oblongum & ſuperiori ſimile. Tota planta amareſcit.

947. Jacea tenuifolia, purpurea, Hiſpanica *Barr. Icon. 140.*

948. Jacea annua, foliis laciniatis, ſerratis, purpuraſcente flore *Inſt. R. Herb. 444.* Chondrilla purpurea, tenuifolia, capite Jaceæ, ſemine Cardui *Barr. Icon. 1136.* Senecio Carduus Apulus *Col. part. 1. 34. Raii Hiſt. 331.* Icon. Barr. Ex Fab. col. l. c.

949. Jacea montana, incana, odora *C. B. Pin. 272.* Stæbe montana, glabra, flore albicante *Barr. Icon. 318.* Jacea montana, Narbonenſis *I. B. 3. 32. Raii Hiſt. 329.* Perennis eſt Planta quam à ſiſſuris rupium montis *Redon* propè Maſſiliam erumpentem vidimus, Stæbe Salmaticenſi ſimilem, glabram, viſcoſam & odoram.

950. Jacea montana, Hiſpanica; tenuifolia, villoſa. Stæbe montana, tenuifolia, villoſa, Hiſpanica *Barr. Icon. 317.* Folia ejus in anguſtiſſimas, tenues, obtuſas modò, modò acutas lacinias alternatim ſunt diviſa, mollia tamen & ſurrecta. Flores non vidit. Tota planta villis hiſpida colore cineritio perfunditur.

951. Jacea Cretica, laciniata, argentea, flore parvo flaveſcente *Cor. Inſt. R. Herb. 32.* Jacobæa Cretica, argentea, foliis inciſis, ſeu Argentea Proſperi Alpini *Barr. Icon. 218.* Argentea *Proſp. Alp. Exot. 117.* Icon. Barr. ex Alpino l. c.

952. Jacea Cretica, argentea, tenuifolia, flore parvo. Stæbe tenuifolia, incana, parvo capite, Cretica *Barr. Icon. 347.* Ex Promontorio *Capo Spada* ſicca ad Barrelierum miſſa floribus erat deſtituta, vel jam abierant floſculi, remanebant tantùm capita parva, ſquammoſa, è gilvo palleſcentia. Folia tenuiſſimè erant diviſa, & incana ut & caulis. Superiori congener ſi non eadem, quantum ex Icone conjicere poſſumus. Capita namque hujus ejuſdem ſunt formæ ac ſuperioris quam in Horto Regio habuimus miſſam à D. Turnefortio dum peregrinaretur per Inſulas Orientales.

953. Jacea montana, incana, ſubrotundis foliorum lobis, capite magno. Stæbe montana, nivea, capite Cardui, ſubrotundis foliorum lobis *Barr. Icon. 309.*

954. Jacea montana, incana, acutis foliorum lobis capite magno purpureo. Stæbe montana, incana, moſchata, acutis foliorum lobis, Acanaceo, purpureo flore *Barr. Icon. 310.* Stæbe incana, acutis foliorum lobis, Cardui tomentoſi capitulo *Bocc. Muſ. part. 2. 168. Tab. 119.* Hujus & ſuperioris deſcriptionem non invenio.

Digitized by Google

955. Jacea cinerea, laciniata, flore purpureo *Triumf. 72.* Stæbe tenuifolia, incana, magno capite, Italica *Barr. Icon. 348.* Jacea montana, candidiſſima, Stæbes foliis *C. B. Pin. 272. Raii Hiſt. 329* Ex fiſſuris ſcopulorum & murorum Arcis Terracinenſis, Caietæ, Neapolim verſus prorumpit nivea tota & utrinque lanugine pubeſcens.

956. Jacea tenuifolia, erectior, Hiſpanica. Stæbe tenuifolia, erectior Hiſpanica *Barr. Icon. 359.* Nec hujus nec ſequentium deſcriptionem invenio.

957. Jacea minor, laxioribus & longioribus capitis ſquamis. Stæbe minor, laxioribus & longioribus capitis ſquamis *Bar. Icon 360.*

958. Jacea rubra foliis Intybaceis, capite μελανοςίτω *Barr. Icon. 1229.*

959. Jacea Hiſpanica, latifolia, nervis foliorum lanuginoſis *Barr. Icon. 137. & Bocc. Muſ. part. 2. 64. Tab. 54.*

960. Jacea purpurea, Intybacea, breviori folio *Barr. Icon. 390.*

961. Jacea Hiſpanica, humilior, anguſtifolia, Arctii facie. Arctium montanum, anguſtifolium, Hiſpanicum *Barr. Icon. 1193. & Bocc. Muſ. part. 2. 78. Tab. 69.* Folia ejus oblonga ſunt, anguſta, in ambitu ſinuoſa, craſſa, tomentoſa, incana, texturæ *Verbaſci albi*, ſed candidiori & denſiori lanugine contexta, acuta, tres uncias longa, vix mediâ unciâ latiora, utrinque caneſcentia, prima humi fuſa, alia verò ſe erigentia; ex quorum medio brevi caule innixum foliiſque paucis amplexicaulibus veſtito caput ſe exerit ſquamatum, incanum; ſed nondum perfectum erat, cùm occurrit.

962. Jacea incana, Chamæleonis capitulo *Bocc. Muſ. part. 2. Tab. 109.* Jacea ſupina, Carlinæ capitulo, acaulos, tota incana. *Ejuſd. Muſ. part. 2. 146.* Arctium montanum, minus, incano Taraxaci folio *Barr. Icon. 386.* Ex radice nigrâ, oblongâ & perenni folia emittit *Taraxaci* inſtar inciſa, ſed longè minora, infernè argenteâ lanugine candida, ſupernè viridiora & cinerea, ſtellatim & in orbem humi fuſa & expanſa, quorum prima, ima ſcilicet, in latiores dividuntur lacinias, ſuperiora verò in tenuiores. Interdum omnia folia latiuſcula ſunt, modò tenuius inciſa, nunc ſupina, modò verò arrecta, ut videre eſt in Icone. Ex foliorum medio incanum piloſumque caput acaulon denſis confertiſque ſquamis rigidis, oblongis & nonnihil ſpinoſis erectiſque munitum deliteſcit vix ſeſe exerens. Florem nondum ediderat cùm obſervavi.

963. Cyanus montanus, medius, caule folioſo ſeu multifolius *Barr. Icon. 389.* Cyanus montanus, caule folioſo, capitulo oblongo *Bocc. Muſ. part. 2. 20. Tab. 2.* Ex radice ceſpitoſâ, craſsâ & fibris tenuibus, octo vel novem, teretibus, longis, gilvis & ſubfuſcis folia erumpunt oblonga, anguſta, ad oras per intervalla dentata & ſinuoſa, mollia, ſubcinerea, levique lanugine hiſpida, in caule nullo pediculo adnata, ſed amplexicauli & latâ baſi confertim hærentia vix trientem unciæ lata, tres uncias longa; Caules teretes, anguloſi, complures & ſurrecti, denſis foliis & juxta caulem erectis alterniſque ac velut imbricatim poſitis veſtiti. Flos in ſummo ſingularis, Cyani planè, ſed major, purpuraſcens, quandoque cæruleus, Mellini & grati odoris. Junio & Julio menſibus florebat in monte *Morone* Aprutii quatuor ab urbe *Sulmone* milliaribus ad Septentrionem.

964. Cyanus montanus, anguſtifolius, purpureus *Barr. Icon. 1323. Le Bluet ou l'Aubifoin des montagnes, à feuilles étroites.* Folia ex radice perenni & fibroſâ emittit anguſta, oblonga, integra, incano pubentia tomento, medio nervo albicante obſcuriſque & tranſverſis venis paucis exarata, ſed in caule ſinuoſa fiunt & in aliquot breves lobos dividuntur. Flores porrò ſolitarii extremos ramos occupant, purpurei, interdum cærulei, ſed *Arvenſi Cyano* majores. In Montibus Apenninis, in Etruſiâ, Umbriâ, Latio & Aprutio obſervavit Barr.

965.

Digitized by Google

965. Cyanus Erucæ folio, flore rubro. Stæbe Erucæ folio, rubro Cyani flore, Italica *Barr. Icon. 504.* Jacea Cyanoides altera, alato Caule *H. R. Par. & Par. Bat. 189.* Annua eſt planta Junio florens, & ſatis obvia Romæ & in Campaniâ Romanâ, præſertim in viâ quæ ab Æde Divi Pancratii ad vineas & agros ſuperioreſque ſegetes ducit.

966. Cirſium Acanthii Illyrici folio, purpureum *Barr. Icon. 1117.* Cirſium maculis argenteis notatum *Inſt. R. Herb. 448.* Longâ, tenui, & circum fibris capillatâ, fulvâ, annuâ & bienni potitur radice, è quâ caulis ſurgit rectus, firmus, quandoque bicubitalis, ſed ut plurimum pedalis & bipedalis, ſtriatus, alatus ſpiniſque hiſpidus, quem folia veſtiunt alterna, *Acanthii Illyrici* ferè formâ, ſemipalmum longa, unciam & ampliùs lata, ſinuoſa & per oras rotundè inciſa, longioribuſque & brevioribus ſpinis armata, in caule verò altiora, minora & breviora. Extrema caulium ramorumque foliis nuda ſuſtinent nutantem purpureumque florem. Capitis & ſeminis magnitudo ſeorſim in tabulâ exprimitur. Romæ in novalibus agriſque quieſcentibus viâ Prænestinâ occurrit, & alibi in Campaniâ Romanâ. Nos Monſpellii vidimus in vineis ſupra *la Colombiere* foliaque lacteis maculis erant conſperſa. Illudque nomine *Cardui Cirſium dicti folio laciniato nigrioris I. B. 3. 43.* indigitat *Magnol.* Bot. Monſp.

967. Cirſium acaulos, flore purpureo *Inſt. R. Herb. 448.* Carlina montana, minor, acaulos *Barr. Icon. 493.* Carlina minor, purpureo flore *Cluſ. Hiſt. clvj. Raii Hiſt. 310.* E montibus Apenninis Amatricenſium in Aprutio, è monte *Cardito* propè locum dictum *il pozzo grande* habuit Barr. ſed ejus caput nondum erat apertum.

968. Centaurium majus, purpureum, foliis Cynaræ, Pyrenæum *Barr. Icon. 513.* Centaurium foliis Cinaræ *Corn. 72. La grande Centaurée des Pyrenées.* Icon. Barr. ex Corn. l. c.

969. Centaurium majus, luteum, Alpinum *Barr. Icon. 514. C. B. Pin. 117. Prodr. 56. & Raii Hiſt. 330.* Centaurium majus, luteum *Corn. 70. Grande Centaurée des Alpes.* Icon. Barr. ex Corn. l. c.

970. Centaurium majus, incanum, humile, capite Pini *Inſt. R. Herb. 449.* Stæbe Pinea, amplo capite *Barr. Icon. 138.* Jacea montana, incana, capite Pini *C. B. Pin. 272. Raii Hiſt. 329. I. B. 3. 30.*

971. Cnicus Hiſpanicus, cæruleus, inciſis foliis. Attractylis cærulea, inciſis foliis *Barr. Icon. 591.*

972. Cnicus cæruleus, humilis, Montis Lupi *H. L. Bat.* Carduncellus purpureus, tenuifolius, ſingulari flore *Barr. Icon. 345.* Carduncellus Montis Lupi *Lob. Icon. 20. I. B. 3. 92.* In Hiſpaniâ & in monte Divi Lupi propè Monſpelium obſervavit Barr.

973. Elichryſum ſeu Stæchas Citrina, Roriſmarini foliis. Chryſocome major, Roriſmarini folio *Barr. Icon. 278.* Sex, ſeptem interdum ampliùs uno è ceſpite emittit caules rectos, pedales, rotundos, incanâ lanugine albicantes & hiſpidos. Folia illi oblonga, anguſtiora quàm Roriſmarini, latiora quàm Stæchadis Citrinæ vulgaris, longiora & duriora, circa caulem arrecta & acclivia, levi lanugine ex albo virentia & pubentia, in caule minùs hirſuta & incana, latiora, vix lineam tamen lata, duas ferè uncias longa, alterno ſitu & per gyrum

Digitized by Google

rum caulem ambientia, ſenſimque breviora & minùs frequentia, quò altius ſurgunt. Extremis caulibus inſident flores densè & in corymbum conglobati, antequam explicentur, turbinati, compreſſi & paleacei; dein *Stæchadis Citrinæ* formâ & colore. Sapore acri & linguam vellicanti potitur. Juxta Valentiam in Hiſpaniâ, in Montibus qui urbem & Carthuſiam à Portâ Cœli interjacent, & in Toleti viciniâ cum ſequenti occurrebat.

974. Elichryſum ſeu Stæchas citrina, anguſtifolia *C. B. Pin. 264. Raii Hiſt. 281.* Chryſocome media, ſeu Stæchas citrina, vulgaris *Barr. Icon. 409. L'Immortelle, ou Stæchas citrin ordinaire.* A ſuperiore diſcrepat foliis brevioribus & tenuioribus.

• 975. Elichryſum ſeu Stæchas citrina, minor. Chryſocome ſeu Stæchas citrina, minor *Barr. Icon. 410.* Ex radice lignoſâ fruticat emittitque cauliculos medio palmo vix altiores, lignoſos, rotundos, tenues, incanâ lanugine pubentes, parvis, brevibus, anguſtis & contortis foliis ſemunciâ vix longioribus, in ſummo rarioribus & paulò minoribus veſtitos, quorum faſtigia multis floribus turbinatis comantur, qui craſſiores, latiùs panduntur quàm in ſuperioribus.

976. Elichryſum umbellatum, maritimum, Hiſpanicum *Inſt. R. Herb. 452.* Chryſocome marina, umbellata *Barr. Icon. 1125.*

977. Elichryſum ſylveſtre, anguſtifolium, capitulis conglobatis *C. B. Pin. 264. Raii Hiſt. 283.* Stæchas citrina, ſpuria, longioribus foliis *Barr. Icon. 368.*

978. Elichryſum ſylveſtre, anguſtifolium, raris & fuſcis capitulis. Chryſocome muralis, paucioribus, congeſtis fuſciſque capitellis *Barr. Icon. 277.* In tractu maritimo ad muros Barcinonæ & inter rudera, & ſaxoſa Regni Valentini occurrebat *Barr.* Capita erant è luteo rufeſcentia.

979. Elichryſum anguſtifolium capitulo fuſco & minori. Chryſocome mollior, ſingulari minorique capitello *Barr. Icon. 407.* Superiori congener, ſed capitulis donatur minoribus ſingularibus rarius binis. Caules primùm ſupini dein erecti & rotundi tenui caneſcunt lanugine, tenuioribuſque inſtruuntur foliis.

980. Elichryſum ſylveſtre, latifolium, flore parvo, ſingulari *Inſt. R. Herb. 452.* Chryſocome latifolia, minima, ſingulari flore *Barr. Icon. 425.* Elichryſo ſylveſtri, flore oblongo ſimilis *C. B. Pin. 265. Raii Hiſt. 282.*

981. Elichryſum ſylveſtre, latifolium, flore magno, ſingulari *Inſt. R. Herb. 452.* Chryſocome latifolia, major, ſingulari flore *Barr. Icon. 426.* Heliochryſum ſaxatile *Bocc. Muſ. part. 2. 142. Tab. 104.* A ſuperiori diſcrepat foliis multò longioribus.

982. Elichryſum Hiſpanicum, maximum *Barr. Icon. 225.* Nec hujus nec ſequentium deſcriptionem invenio.

983. Elichryſum trifidis foliis, Hiſpanicum, majus *Barr. Icon. 189.* Elichryſum Siculum, trifidis foliis aſperiuſculis *Bocc. Muſ. part. 2. 43. Tab. 37.*

984. Elichryſum trifidis foliis, Hiſpanicum, minus *Barr. Icon. 190. Bocc. Muſ. part. 1. Tab. 8. fig. 4.*

985. Elichryſum ſylveſtre, latifolium, capitulis conglobatis *C. B. Pin. 264. Raii Hiſt. 284.* Chryſocome citrina, ſupina, latifolia, Italica *Barr. Icon. 367.*

986. Elichryſum Orientale *C. B. Pin. 264. Raii Hiſt. 280.* Gnaphalium majus, flore citrino, amplo *Barr. Icon. 73.*

987. Elichryſum Creticum *C. B. Pin. 264.* Stæchas citrina, globoſo & amplo flore, Cretica *Barr. Icon. 814.* E Cretâ delata eſt ſicca planta tota incana & tomentoſa, cujus folia craſſa, villoſa & anguſtiora ſunt quàm in figurâ. Flores & capitula aureo nitore ſplendebant.

988. Elichryſum latifolium, album, repente radice. Gnaphalium majus, album, repente & ceſpitoſâ radice *Barr. Icon. 74.*

989.

Digitized by Google

989. Elichryſum Syriacum, flore purpureo. Gnaphalium Syriacum, flore purpureo *Barr. Icon. 34.* Picturam hujus communicabat Eques Corvinus.

990. Filago ſeu Impia Hiſpanica, major. Gnaphalium vulgare, majus, flore citrino, amplo, Hiſpanicum *Barr. Icon. 33.* E tenui fibroſâque radice folia humi fundit unciam & ampliùs longa, anguſta, in extremo nonnihil latiora, obtuſa & ſubrotunda, ut altiùs in caule ſurgunt anguſtiora, acutiora & alterna. In ſummo, qui ut folia, totus lanugine caneſcit, eminet globus minor florum citrinorum ſimul collectorum; è cujus baſi alii ſurſum eriguntur cauliculi terni aut quaterni, in ſummo pariter florum globos ſuſtinentes. Ab *Impiâ Dod. Pempt. 66.* differre videtur foliis majoribus, floribus amplioribus & citrinis, tum etiam hirſutie foliorum & caulis. Aridis incultis quieſcentibuſque Hiſpaniæ agris gaudet.

991. Filago maritima, capite folioſo *Inſt. R. Herb. 454.* Gnaphalium roſeum 1. C. Bauhini *Barr. Icon. 127. n. iv. C. B. Pin. 263. Prodr. 122.*

992. Filago maritima, capite folioſo, in hortis culta *Inſt. R. Herb. 454.* Gnaphalium roſeum, hortenſe ſeu 11. latifolium C. Bauhini *Barr. Icon. 127. n. iv. C. B. Prodr. 122.* Utraque Icon. Barr. Ex Bauhini Prodr. l. c.

993. Filago capite folioſo, acaulos, Hiſpanica. Gnaphalium roſeum, acutioribus foliis, ἀκαυλὸν, Italicum & Hiſpanicum *Barr. Icon. 1147. n. 1.* Supina, humilis ſeſſiliſque eſt plantula tota roſea multiplici ſerie & ordine foliorum ſibi ipſi impoſitorum, in orbem humi explicatorum roſæ inſtar, itaut folia exteriora interioribus longiora ſint. Majora folia ferè unciam longa, lineam unam aut alteram lata, utraque ſive breviora, ſive majora, acuta ſunt, incana, brevi pubentia tomento & complanata. E medio foliorum ſex aut ſeptem florum capita densè congeſta, melino luteoque colore ſplendentia aut pallentia erumpunt. In incultis aridiſque locis Caſtiliæ novæ, Toletani agri, necnon in Bœticæ confiniis juxta Montes Marianos, vulgò *Serra Morena;* tum etiam in Italiâ, præſertim in agro Romano juxta villam Mullianam, in collibus vicinis ſecundùm Tyberim provenit.

994. Filago capite folioſo, hirſuta, cauleſcens. Gnaphalium roſeum, ſupinum, cauleſcens *Barr. Icon. 127. n. 111.* Hæc à ſuperiori diſcrepat foliis longè minoribus, anguſtis, acutis, tenuioribus, mollioribus, cinereâ pubentibus lanugine & glaucâ. E tenui pauciſque & exiguis fibris capillatâ radice aliquot humi fundit cauliculos tenues, qui ſurſum dein & ad ſeſcunciæ altitudinem ſe erigentes parviſque foliis acutis, trientem unciæ latis vixque ſemunciam longis veſtiti, & ad ſummum in roſam latiuſculam ſeſe explicant, cujus umbilicum caput unicum ſtellatum occupat floribus inſtructum è luteo ferrugineis Aridis Caſtiliæ novæ delectatur.

995. Filago Alpina, capite folioſo *Inſt. R. Herb. 454.* Gnaphalium Leontopodium erectum & ſupinum *Barr. Icon. 127. 128. n. viij.* Gnaphalium Alpinum, magno flore, folio oblongo *C. B. Pin. 264. Raii Hiſt. 296.* Modo ſupina, ſed frequentiùs erecta occurrit in Montibus editioribus ſupra Vapincum & vallis Barſilionenſis. Flos ejus primùm candicans, qui adultior flavicans, & expanſis floſculis ſtaminibuſque fuſco atroque colore inficitur.

996. Filago Alpina, capite folioſo, minor. Gnaphalium erectum, anguſtifolium, minus *Barr. Icon. 128. n. vj.* Radice nititur tenui, fibroſâ rufeſcente, ſtellam foliorum incanâ lanugine albentium ſtatim in exortu explicans, è cujus medio cauliculus unicus, rectus ſurgit denſis foliis parvis, anguſtis, obtuſis, craſſis, in ſummo caule ferè dodrantem unciæ longis (cùm ima vix quadrantem unciæ aſſequantur, mediamque lineam vix ultra non attingant) incanis & hiſpidis inſtruitur abitque in roſam, cujus umbilicus floribus è luteo rufeſcentibus farctus eſt. Videtur prioris varietas, neque enim à *Leontopodio Lob. Icon. 484.* multùm diſtat.

M 997.

Digitized by Google

997. Filago Serpilli folio, ſupina minor. Gnaphalium roſeum, ſupinum, Serpillifolium *Barr. Icon. 128. n. v.* Exilis eſt humilis ſupinaque plantula è radice craſſiuſculâ, fibroſâ & rufeſcente plures emittens cauliculos ſupinos, repandos, vixque unciâ altiùs ſe erigentes, foliis multis, oblongis, anguſtis, in extremo obtuſis, denſâ ſerie ſine ordine imbricatim acclivibus, ex incano & cinereo tomento lanuginoſis veſtiti; quorum vertex in foliorum roſam ſe explicat, tenueſque flores ſubluteos, ſimul collectos, medio in umbilico erectos & nonnihil depreſſos ſuſtinet. Ima folia vix Serpillo majora, quæ vero umbellæ ſeu Roſæ viciniora ſunt, ſenſim fiunt longiora, anguſtiora.

998. Filago Serpilli folio, ſupina, minima. Gnaphalium bombycinum, Serpilli folio, minimum *Barr. Icon. 128. n. vij.* Radix illi tenuis, teres & rufeſcens, è quâ in orbem ſparguntur plures tenuiſſimi ramuſculi, ſimul & confeſtim naſcentes, alternis rariſque foliolis Serpilli inſtructi, tenui alboque tomento totam plantam obducente, ſpatiaque folia inter & ramos remanentia opplente, quod pictor omiſit, ut plantam diſtinctiùs adumbraret. Extremi cauliculi in rotundam luteolorum florum comam araneoſo illo tomento obſitam deſinunt. Tota planta vix Icone major.

999. Filago ſupina, capitulis rotundis, tomento obſitis. Leontopodium verius Dioſcoridis, Hiſpanicum *Barr. Icon. 296.* Radicem habet longiuſculam, fibroſam, rufeſcentem, è quâ cauliculi plurimi erumpunt ſupini, incanâ lanugine pubentes, foliis pariter tomentoſis & incanâ obductis lanugine, alterniſque veſtiti, & in ſummo deſinentes globoſam in comam è multis floribus ſubluteis bombace & tomento ità farctis, ut penitus occultentur. Comam hanc circumſtant quoque folia aliquot flavicantia, adeò ut pedem Leonis ſuis unguibus luteis armatum diceres.

1000. Filago minima, ſupina, Hiſpanica, Gnaphalium minimum, ſupinum, Hiſpanicum *Barr. Icon. 295.* Deſcriptionem non invenio in ſcriptis Barr.

1001. Conyza major, Chryſocomes folio *Barr. Icon. 405.*

1002. Conyza minor, Chryſocomes folio *Barr. Icon. 408.* Utriuſque deſcriptionem non reperio.

1003. Conyza Americana, Urticæ folio, flore albo *Inſt. R. Herb. 455.* Cacalia Urticæ folio, flore albo *Barr. Icon. 358.* Valeriana Urticæ folio, flore albo *Corn. 20. & Raii Hiſt. 292.* Icon. Barr. ex Corn. l. c.

1004. Eupatorium folio oblongo, rugoſo, caule purpuraſcente *Inſt. R. Herb. 456.* Eupatoria foliis Enulæ, ſeu latifolia *Barr. Icon. 71.* Eupatoria foliis Enulæ *Corn. 191. & Raii Hiſt. 294.* Icon. & deſcriptio ex Corn. Hiſt. l. c.

1005. Abſinthium pumilum, palmatum, craſſo, tomentoſo, palleſcentoque folio *Barr. Icon. 481.*

1006. Abſinthium pumilum, palmatum, minus, argenteo ſericeoque folio, Hiſpanicum *Barr. Icon. 462. & Bocc. Muſ. part. 2. 81. Tab. 71.*

1007. Abſinthium minus, majoribus, altiùſque inciſis foliis cinereis, Hiſpanicum *Barr. Icon. 459. L'Abſinthe d'Eſpagne à feuilles découpées fort menu.*

1008. Abſinthium minus, tenuifolium, altè inciſis foliis, cinereum, ſalſum, Hiſpanicum *Barr. Icon. 460.*

1009. Abſinthium incanum, lanuginoſum, criſpo, criſtato folio, longiori pediculo, ſeu majus, acrius & amarius denſiorique folio *Barr. Icon. 433.*

1010.

1010. Abſinthium incanum, criſtato, criſpo tenuiorique folio, medium *Barr. Icon. 434.*

1011. Abſinthium incanum, minus, tenuifolium, criſpum, Hiſpanicum *Barr. Icon. 485.* Abſinthium ſeriphium, Hiſpanicum, flore oblongo *Inſt. R. Herb. 458.*

1012. Abſinthium minus, oblongis dentatiſque foliis cineritiis, Hiſpanicum *Barr. Icon. 461.* Deſcriptiones non invenio. Vires Abſinthii vide in Hiſt. Raii 366.

1013. Abrotanum tenuifolium, incanum, minimum *Barr. Icon. 448. & Bocc. Muſ. part. 2. 84. Tab. 74.*

1014. Abrotanum mas, tenuifolium, latifolium, Hiſpanicum, πολυσπέρμον *Barr. Icon. 447. L'Auronne d'Eſpagne.*

1015. Abrotanum tenuifolium, majus, Hiſpanicum. Arthemiſia tenuifolia, major, Hiſpanica *Barr. Icon. 540.*

1016. Abrotanum tenuifolium, medium, Hiſpanicum. Arthemiſia tenuifolia, media, Hiſpanica *Barr. Icon. 589.*

1017. Abrotanum incanum, foliis Botryos ſerratis. Botrys incana, ſerratis foliis, Hiſpanica *Barr. Icon. 486.* Deſunt deſcriptiones. Vires vide Hiſt. Raii 371.

1018. Santolina foliis teretibus *Inſt. R. Herb. 460.* Abrotanum fœmina, incanum, Hiſpanicum *Barr. Icon. 463.* Abrotanum fœmina, foliis teretibus *C. B. Pin. 136. Le Petit Cyprès, ou la Garde-Robe.*

1019. Santolina foliis Roriſmarini, major *Inſt. R. Herb. 461.* Abrotanum fœmina, virens, vermiculato, ſerrato folio *Barr. Icon. 464. & Bocc. Muſ. part. 1. Tab. viij. Fig. 3.* Abrotanum fœmina, foliis Roriſmarini, majus *C. B. Pin. 137.*

1020. Santolina foliis Ericæ vel Sabinæ *Inſt. R. Herb. 460.* Abrotanum fœmina, Hiſpanicum, tenuifolium, virens *Barr. Icon. 429.* Abrotanum fœmina, foliis Ericæ vel Sabinæ *C. B. Pin 137.*

1021. Santolina foliis minoribus, incanis. Abrotanum fœmina, tenuifolium, incanum, Hiſpanicum *Barr. Icon. 430.*

1022. Santolina repens & caneſcens *Inſt. R. Herb. 460.* Abrotanum fœmina, tomentoſum, criſpum, incanum Hiſpanicum *Barr. Icon. 226. & Bocc. Muſ. part. 2. 79. Tab. 70.* Abrotanum fœmina, repens & caneſcens *C. B. Pin. 137.* Vires vide in Hiſt. Raii 359.

1023. Conyzoides flore flaveſcente, cernuo *Act. Ac. Reg. Par. 86. ann. 1706.* After Cernuus Columnæ, flore citrino *Barr. Icon. 1142. Col. part. 1. 252. & Raii Hiſt. 338.*

1024. Bidens folio non diſſecto *Cæſalp. 488.* Eupatorium Cannabinum, Chryſanthemum *Barr. Icon. 1209.* Cannabina aquatica, folio non diviſo *C. B. Pin. 321. Raii Hiſt. 361.*

1025. Bidens cærulea, javana. Scabioſa cærulea, javana Bontii *Barr. Icon. 826. Bont. Hiſt. 158. & Raii Hiſt. 376.* Siccam habuimus ex Inſulâ Maſcarinâ, vulgò *l'Iſle de Bourbon.* Vires habet præſtantiſſimas adversùs maraſmum & contabeſcentiam, ut refert Bontius l. c.

1026. Echinopus major *I. B. 3. 69. & Raii Hiſt. 383.* Carduus Sphærocephalus, latifolius, albus *Barr. Icon. 143.* Junio & Julio florentem vidit Barr.

Digitized by Google

in ſylvoſis circa Romam. Nos in Montibus propè Vapineum, ſecus fluvium *Drac*, & in valle Barſilionenſi Auguſto cum flore ſæpiùs invenimus. In hortis quoquè familiaris.

1017. Echinopus minor *I. B. 3. 72. & Raii Hiſt. 383.* Carduus Sphærocephalus, latifolius, cæruleus, major *Barr. Icon. 412.* Crocodilium Monſpelienſium *Lugd. 1476.* Carduus Sphærocephalus, cæruleus, minor. *Barr. Icon. 411.* Carduus Sphærocephalus, minor, ſeu annuus, Boeticus, minor Moriſſonii *Bocc. Muſ. part. 1. Tab. viij. Fig. 3.* Ritro floribus cæruleis *Lob. Icon. 8. Tom. 2. Adv. 369.* Ultima Icon. Barr. deprompta ex Lobelio l. c.

1018. Echinopus tenuifolius, violaceus *Inſt. R. Herb. 463.* Carduus Sphærocephalus, tenuifolius, violaceus *Barr. Icon. 144.* Echinopus minor, annuus, magno capite *Inſt. R. Herb. 463.* Scabioſa Carduifolia, annua *Par. Bat.* Annua eſt planta quam Barr. collegit circa Cordubam in Hiſpaniâ, quam etiam coluit Romæ in horto ſuo.

1019. Echinopus cæruleus, capite ferrugineo, major. Carduus Sphærocephalus, cæruleus, capite ferrugineo, major *Barr. Icon. 413.* E radice perenni, craſsâ & divaricatâ, variiſque nixâ fibris in caulem aſſurgit cubitalem, firmum, erectum, ſtriatum mollique & albicante lanugine obductum, quem folia ambiunt rigidiora, quàm *Echinopi majoris,* licèt ſimilia, ſupernè atrovirentia & ſplendentia, infernè incana, lata, nec profundè inciſa, ſed magis integra, ſinuoſa tamen ſpiniſque munita, alterna, ſenſimque breviora & minora, quò altiùs ſurgunt. In Ramorum extremis capita globoſa naſcuntur *Echinopo minori* ſimilia, minora tamen, primùm viridia, & ſubinde adultiora facta, è cæſio glaucoque colore & qui in ferro polito nitet, unde ferrugineus color, ſplendentia. E ſingulis enim calycibus aceroſis floſculi cæſii emicant intermedio ſtylo cæruleo, qui flore jam adulto extremâ parte bifurcatur in duos velut uncos, obſoletumque in colorem quem pardum vocant, degenerat. In horto ſuo Romæ alebat Barr.

1030. Echinopus cæruleus, capite ferrugineo, minor. Carduus Sphærocephalus, cæruleus, capite ferrugineo, minor *Barr. Icon. 414.* Pedalis & cubitalis eſt planta, cujus radix perennis, & ab imo caule tria aut quatuor gerit folia prælonga & palmum æquantia, anguſta, aculeata & velut in alas tenuiter, profundè & ferè uſque ad medium folii nervum ſeu pediculum, qui ſupernè cavus & ſulcatus eſt, diviſa, humi procumbentia, ſupernè atro virore ſplendentia, infernè niveâ lanugine magis candida; quæ minora ſemper fiunt, integra & tenuiora, quò in caule altiora. Caulis vix ſtriatus, nec ut prior albeſcit. Capita extremis hærent ramis, ſuperioribus ſimillima, ſed longè minora, vixque *Pruno minore Damaſceno* majora, è cæſio glaucoque colore pariter ſplendentia. Floſculi è cæruleo violacei, ſtylo violaceo ſtipati. Tota planta rigidioribus & longioribus horret aculeis. Odor nullus floris, ſapor totius plantæ non ingratus, ſalivam viridi colore inficit Cæteris florebat tardiùs in horto Barr.; Romæ enim has quinque ſpecies alebat.

1031. Scabioſa montana, integro folio, Hiſpanica, major *Barr. Icon. 165. La Scabieuſe d'Eſpagne à feuilles entieres.* Ex radice lignoſâ, perenni, merſâ inter rupium ſciſſuras, atque in plura capita ceſpitatim diviſâ folia confertim prodeunt incanâ lanugine pubentia, integra, mollia, lævia, nulloque nervo extuberante exaſperata, ſupernè minus albida, infernè magis caneſcentia, quatuor uncias longa, ſemunciam & ampliùs lata: ex quorum medio ſurgit caulis palmaris aut pedalis, incanus, lævis, lanuginoſus, raris veſtitus foliis ſemper binis & ex adverſo naſcentibus & minoribus quò magis ad caput accedunt. Caput nondum apertum erat. Folii habes magnitudinem in Icone.

1032. Scabioſa montana, integro, anguſtoque folio, Hiſpanica, minor

Barr.

Barr. Icon. 166. Radix hujus magis ſcabra, nigricans, lignoſa, digitum minorem circiter craſſa, inter rupium fiſſuras altè etiam, palmum ferè demerſa & in varia pariter & craſſiora capita ſciſſa, è quibus confertim erumpunt folia magis incana, lævia, integra, acuta, vix unciam longa, & trientem unciæ lata. Caules nondum emiſerat.

1033. Scabioſa montana, integro ſubrotundoque folio, Hiſpanica, minor *Barr. Icon. 163.* Folia huic latiora & ſubrotunda. Cauliculus vix biuncialis, craſſus & erectus. Flos nondum perfectus erat, cùm occurrit.

1034. Scabioſa montana, integro folio ſubrotundoque, Hiſpanica, minima *Barr. Icon. 164.* E tenuiore, vix lineam craſsâ, lignoſâ ſcabrâ & nigricante radice quatuor aut quinque emittit foliola, incana, lanceolata, minora quàm in ſuperioribus; inter quæ cauliculi duo, lignoſi, ſeſcunciales, incani & flexuoſi prodeunt. Flos pariter nondum apertus. Totius plantæ magnitudinem habes in Icone. Has quatuor ſpecies obſervabat Barr. in deſerto Murrhenſi ſex circiter leucis ab urbe Valentiâ diſſito inter rupium fiſſuras Montis vulgò dicti *La penna forada*, Occidentem verſus.

1035. Scabioſa alba, ſucciſæ folio, Polonica *Barr. Icon. 770. n. I.*

1036. Scabioſa ſulfurea, inciſis foliis, Polonica *Barr. Icon. 770. n. II.* Scabioſa multifido folio, flore flaveſcente *C. B. Pin. 270. Raii Hiſt. 376. Cluſ. Hiſt. iij.*

1037. Scabioſa anguſtifolia, glabra *Barr. Icon. 246.* Radice nititur perenni, longâ & ſubnigricante, è quâ ab imo multa in orbem ſpargit erecta folia, anguſta, & ad nervum uſquè inciſa, glabra, firma & lætè virentia. Caulis illi pariter firmus, erectus, rotundus; pilis brevibus hiſpidus, & per intervalla foliis veſtitus binis ex adverſo ſemper naſcentibus, anguſtioribus & minoribus quàm inferiora. In vertice & extremis ramis nudis oblongiſque inſident flores globoſi, albicantes & quales *Scabioſæ montanæ calidarum regionum Lobelii.* Aridis Hiſpaniæ collibus gaudet.

1038. Scabioſa maritima, Rutæ caninæ foliis *Barr. Icon. 245.* Hujus & ſequentium deſcriptiones deſunt.

1039. Scabioſa peregrina, integris & acutis foliis *Barr. Icon. 224.*

1040. Scabioſa peregrina, integris ſeu Bellidis foliis, altera *Barr. Icon. 223.* Scabioſæ vires vide in Hiſt. Raii 374.

1041. Dens Leonis foliis Eryſimi vulgaris *Cor. Inſt. R. Herb. 35.* Hieracium ſeu Taraxacum tenuifolium, ſaxatile, Italicum *Barr. Icon. 237.* Taraxacum ſaxatile *Bocc. Muſ. part. 2. 147. Tab. 106. La Dent de Lion à feuilles du Velar.*

1042. Hieracium purpureum, integris foliis, montanum *Barr. Icon. 210.*

1043. Hieracium purpureum, inciſis foliis, montanum *Barr. Icon. 209.*

1044. Hieracium incanum, tomentoſum, integro folio *Barr. Icon. 238. & Bocc. Muſ. part. 2. 147. Tab. 106.*

1045. Hieracium murorum, folio minùs piloſo, non maculato *H. R. Par.* Pulmonaria Gallorum rotundifolia, lævior *Barr. Icon. 342.*

1046. Lactucâ ſylveſtris coſtâ ſpinosâ *C. B. Pin. 123. Raii Hiſt. 222.* Endivia major, Lactucina ſpinoſa *Barr. Icon. 135. La Laitue ou Endive ſauvage, épineuſe.*

1047. Lactuca ſylveſtris, anguſto laciniato folio *Bot. Monſp. App.* Envidia minor, Lactucina ſpinoſa *Barr. Icon. 136.* Lactuca ſylveſtris altera, anguſtiore folio *H. R. Par.*

M iij 1048.

1048. Sonchus maritimus, anguſtifolius, aſper *Barr. Icon. 341.* Sonchus anguſtifolius, maritimus *C. B. Pin. 124. Prodr. 61. & Raii Hiſt. 226. Le Laitron qui croit au bord de la mer.*

1049. Scorzonera laciniatis foliis *Inſt. R. Herb. 477.* Tragopogum Reſedæ minoris folio, erectum *Barr. Icon. 799.* Pumila eſt planta cujus radix ſatis craſſa, ex quâ numeroſa ſatis, ſupina primùm, dein extremâ parte ſe erigentia folia erumpunt, Reſedæ minoris modo inæqualiter nulloque ordine diſſecta, biuncialia, ad radicem latiuſcula, in caule rara, breviſſima, acuta integraque ut plurimùm, & latiore baſi caulem amplexantia. Flos pro magnitudine plantæ magnus, luteus, ſemine maturo in amplam ſphæram tumeſcens. Tota planta vix icone major, Maio florebat.

1050. Scorzonera laciniatis foliis, ſupina. Tragopogum Reſedæ minoris folio, ſupinum *Barr. Icon. 800.* Folia huic breviora, minora, tenuiùs laciniata. Calyx quoque floris brevior, & caput ſemenque minora quàm præcedentis. Utraque circa Cordubam in Hiſpaniâ obſervavit Barr. Scorzoneræ vires vide in Hiſt. Raii 248.

1051. Tragopogon Pinifolium, Hiſpanicum *Barr. Icon. 496.* Radicem habet fugacem & tenuem, è cujus capite plurima confeſtim prodeunt folia erecta; qualia *Croci* ſeu potius *Pini*, tenuia tamen & in extremo ſubtilia. Caulis ex eorum medio ſurgit iiſdem foliis, ſed brevioribus, alterno denſoque ſitu cinctus, rectus, ſemipalmaris, quandoque triuncialis. Flos in vertice unicus inſidet luteus, grandis & ſatis amplus, ut è calyce ſuperſtite videtur. Circa Cordubam provenit.

1052. Tragopogon montanum, anguſtifolium, flore ferrugineo, Italicum *Barr. Icon. 811.* Graminis donatur foliis quinque aut ſex è radice tenui erumpentibus, minoribus & paucis in caule humili & vix dodrantali. Flos è luteo & rubro mixtus ſeu ferrugineus, calyce tenui & oblongo comprehenſus. In aſcenſu ad Montem Neronis juxta Callium in Umbriæ confinibus ſub finem Maii florebat.

1053. Tragopogon montanum, flore atropurpureo, Italicum *Barr. Icon. 812.* Vires vide Hiſt. Raii 251.

1054. Catanance quorumdam *Lugd. 1190.* Chondrylla Cyanoides, cærulea, Coronopi folio *Barr. Icon. 1134. Raii Hiſt. 257.*

1055. Catanance flore luteo, latiore & anguſtiore folio *Inſt. R. Herb. 478.* Chondrilla Cyanoides, lutea, Coronopi folio non diviſo *Barr. Icon. 1135. & Bocc. Muſ. part. 2. 21. Tab. 7.* Stæbe Plantaginis folio *P. Alp. Exot. 286.* Juxta Cordubam trans fluvium *Quadalquivir* ad primum milliare in agris reperitur.

1056. Cichorium ſpinoſum Imperati *Barr. Icon. 1159. Imp. 667. C. B. Prodr. 126. Raii Hiſt. 255. La Chicorée Epineuſe.* Icon. Barr. ex Imp. l. c.

1057. Aſter paluſtris, luteus, folio longiori, lanuginoſo *Inſt. R. Herb. 483.* Conyza montana, incana, villoſa, folio acuto, flore aureo non ſingulari *Barr. Icon. 362.* Britannica vera Dalechampii *Lugd. 1082.* Radice Gramineâ ſub terram

ram repente & ſe latè propagante folia fert longa, anguſta, acuta, villoſa, medium palmum circiter longa: Caules pedales, recti, ramoſi, in quorum ſummo flos eminet amplus, radiatus & luteus. In pratis ad confluentem Tyberis & Albulæ poſitis, ſupra fontem Aquæ Acetoſæ qui à Ponte Milvio ſurſum verſus ad dextram illius ripam mille paſſibus diſtat, frequens eſt necnon Pariſiis ad Sequanæ ripam in pratis non longè ab oppido Villanovâ Divi Georgii.

1058. Aſter montanus, Bellidis folio, croceo flore. Conyza montana, Bellidis folio, croceo flore ſingulari, Italica *Barr. Icon. 361.* Radix hujus fuſca, craſſa, longiuſcula, perennis, & multis fibris tenuibus à latere capillata. Folia eadem quæ ejus *Bellidis mediæ*, humifuſa, per oras leviter crenata. Cauliculus vulgò ſemipalmaris, quandòque major, molli incanâque lanugine pubeſcens, non ramoſus, foliis veſtitus longis, anguſtis, acutis, lanceolatis, alternis, in ſummo ſemper minoribus. Flos in ſummo caulis unicus eminet, radiatus, croceus, craſſo virentique comprehenſus calyce. Semen longum, anguſtum, fulvo fuſcum, è ciliaribus pilis comoſum, quibus in pappos ſolutis evolat, ſeque ipſum humi cadens pondere ſuo & acumine, papporum alis ſe erigentibus, terræ infigit & implantat in ſpem novæ prolis. Hic papporum uſus in omnibus papposis ſeminibus idem obſervatur. Tota planta humilis & villoſa eſt, tenui pubens lanugine.

1059. Aſter Verbaſci folio *H. R. Par.* Jacobæa Cretica, incana, integro Limonii folio *Barr. Icon. 217.* Aſter tomentoſus, luteus, Verbaſci folio *Bocc. Rar. Plant. 60.* E ſcopulis Promontorii *Capo ſpada* allata.

1060. Aſter luteus, radice odorâ *C. B. Pin. 266.* Baccharis minor, Italica flore Aſteris luteo *Barr. Icon. 1145.* Aſteris ſpecies, an Baccharis *Col. part. 1. 253.*

1061. Aſter Conyzoides, luteus, Piloſellæ foliis, Hiſpanicus *Barr. Icon. 1208.* Ex radice mediocriter craſsâ, nigricante folia ſeptem aut octo emittit *Piloſellæ vulgaris* formâ, ſericea longâque lanugine ut & tota planta caneſcentia. Caulis ſemipalmaris tribus aut quatuor foliis minoribus veſtitus, in cujus ſummo inſidet flos ſingularis, luteo pallidus, radiatus, calyce villoſo & ſericeâ canitie veſtito comprehenſus. Aridis & ſaxoſis Hiſpaniæ collibus delectatur.

1062. Aſter maritimus, tuberoſus, luteus *Inſt. R. Herb. 483.* Conyza marina, tuberoſa *Barr. Icon. 157. & Bocc. Muſ. part. 2. 78. Tab. 68.* Conyza marina *Lugd. 1366. I. B. 2. 1055. & Raii Hiſt. 264.* In deſerto Murrhenſi Regni Valentini obſervavit Barr. In ſylvâ Valenâ Monſpelii quoque provenit.

1063. Aſter ſaxatilis, foliis glutinoſis, villoſis & graveolentibus *Inſt. R. Herb. 483.* Conyza montana, ſaxatilis, Hyſſopi folio villoſo & glutinoſo, Hiſpanica *Barr. Icon. 158.* Conyza montana, foliis glutinoſis, piloſis *C. B. 265. Raii Hiſt. 265.* Perennis eſt planta è rupium ſciſſuris erumpens villoſa, viſcoſa & graveolens, cujus flores ſunt radiati, lutei & ad croceum vergentes qui etiam in pappos abeunt. Totius plantæ magnitudinem habes in Icone. In montibus Regni Valentini & Deſerti Carthuſiæ à Portâ Cœli, necnon circa locum *Valganga de Baranquel* dictum viget. In montibus Galloprovinciæ, vulgò Divæ Magdalenæ dictis, & propè Maſſiliam in Monte *Redon.* Provenit necnon in Monte Serrato in Catalauniâ.

1064. Aſter Conyzoides, anguſtiſſimo Linariæ folio, Hiſpanicus *Barr. Icon. 605. & Bocc. Muſ. part. 2. 78. Tab. 67.* Folia huic glabra & obſcurè virentia, anguſtiſſima & ferè capillacea. Flos *Aſteris Tripolii flore*, ſed minor. Perennis eſt planta cujus radix fibroſa. Florebat Julio & Auguſto in deſerto Murthenſi Regni Valentini.

1065. Aſter anguſtifolius, Tripolii flore *Barr. Icon. 606.* Aſter latifolius, Tripolii flore *H. R. Par.*

1066. Aſter paluſtris, fruticoſus, minor, Italicus, luteus. Conyza minor, fruticans,

fruticans, viridi Stæchadis Citrinæ folio, flore folioſo, luteo, Italica *Barr. Icon. 369.* Caulem ſubrigit lignoſum, ramoſum, rotundum, glabrum, parvis, longis, anguſtiſque folis *Stæchadis Citrinæ* minoribus, villoſis, viſcoſis, virentibus, firmis, obtusè acutis & alternis cinctum. Flores fert in extremis ramis luteos radiatos qui maturo ſemine exiguo, oblongo & fuſco, in pappos diffluunt. Porrò ſurculorum rami minoribus vixque Thymo majoribus veſtiuntur foliis. Tota planta acris, mordax, ſapore unctuoſo, gravique odore prædita. In humidis locis naſcitur propè Centumcellas, vulgò *Civita Vechia.*

1067. Aſter paluſtris, fruticoſus, minimus, Hiſpanicus. Conyza paluſtris, minima, Hiſpanica *Barr. Icon. 1175.* Parva eſt planta, ſed ſurculoſa, fruticoſa & ramoſa, cujus folia breviora quàm ſuperioris, vix ſemuncialia, interdum Thymo non longiora, nec latiora, acuta & mucronata. Flores ejus lutei ſunt aurei, radiati, qui ſub maturitatem in pappos abeunt. In Alveo ſicco Rivi dicti *Xeradama* juxta Pontem Madriti, dum ex Horto Regio reditur.

1068. Aſter ramoſus, annuus, Canadenſis *Mor. H. R. Bleſ.* Bellis ramoſa, umbellifera, Canadenſis *Barr. Icon. 388. Corn. 194. Raii Hiſt. 270.* Icon. Barr. ex Corn. Hiſt. l. c.

1069. Virga aurea, montana, minor *Barr. Icon. 783. Bocc. Muſ. part. 2. 169. Tab. 118. Petite Verge dorée des montagnes.*

1070. Virga aurea Canadenſis, altiſſima, folio ſubtus incano *Inſt. R. Herb. 485.* Solidago maxima, Americana *Barr. Icon. 201. Corn. 169. & Raii Hiſt. 279.* Icon. Barr. ex Corn. Hiſt. l. c.

1071. Virga aurea anguſtifolia, ceſpitoſa, exotica *Barr. Icon. 784.* Virga aurea ſerratis foliis, Americana, hirſuta *Bocc. Muſ. part. 1. Tab. vij. Fig. 3.* Virga aurea anguſtifolia, paniculâ ſpecioſâ, Canadenſis *H. R. Par.*

1072. Virga aurea minor, foliis glutinoſis & graveolentibus *Inſt. R. Herb. 484.* Conyza minor, vera Lobelii, lutea *Barr. Icon. 370. Lob. Icon. 346. Raii Hiſt. 261.*

1073. Virga aurea Virginiana, annua *Zan. 205. Hiſt. Plant. circa Pariſ. naſcent. 173.* Conyza minor, unicaulis, annua, pallido flore *Barr. Icon. 1164.* Conyza alba, acris, annua *Mor. H. R. Bleſ. & Raii Hiſt. 271.*

1074. Virga aurea patula, foliis auritis, floribus dilutè purpuraſcentibus *Inſt. R. Herb. 484.* Aſter autumnalis, latifolius, parvo, purpureo, medio luteo flore *Barr. Icon. 526.* Aſteriſcus latifolius, autumnalis *Corn. 64. Raii Hiſt. 269.* Icon. Barr. ex Corn. Hiſt. l. c. Virgæ aureæ vires vide Hiſt. Raii 178.

1075. Jacobæa incana, repens *Barr. Icon. 153.* Jacobæa Senecionis folio, incano, perennis *Raii Hiſt. 285. La Jacobée vivace.* Radici hæret albæ, repenti Graminis inſtar, caulis ſingularis rectus, rotundus, nonnihil ſtriatus & anguloſus, cavus & ſpongioſus, villoſus, alternis foliis *Jacobææ marinæ* ferè formâ, pariterque inciſis, ſed minùs incanis, licèt villoſâ albenteque ſubtus pubeſcant lanugine, veſtitus; cubitalis & major, qui tandem in vertice ſuo flores luteos gerit radiatos, *Jacobææ vulgaris* modo, majores tamen nonnihil *quàm Jacobææ marinæ*, atque laxiorem in umbellam compoſitos. Surculus verò quot annis marceſcit, radice vivâ & ſerpente. A vulgari Jacobæâ diſtinguitur floribus majoribus, radice repente, & foliis incanis. Florebat Septembri in Marcâ Anconitanâ, juxta *Syroli* oppidum, ſecus rivulum in mare deſcendentem; necnon Romæ juxta Pontem Milvium verſus fontem Aquæ Acetoſæ, & aliis paſſim Italiæ locis. Circa Pariſios quoque provenit.

1076.

Digitized by Google

1076. Jacobæa major, Arthemiſiæ folio, incana, latifolia, non repens *Barr. Icon. 267.* Jacobæa vulgaris, laciniata *C. B. Pin. 131. & Raii Hiſt. 284. La Jacobée ordinaire.*

1077. Jacobæa minor, Abrotani folio *Barr. Icon. 262. n. 11.* Jacobæa Sicula, Chryſanthemi facie *Bocc. Rar. Plant. 66.*

1078. Jacobæa Alpina, incana, minor, *Barr. Icon. 262. n. 1.* Jacobæa Alpina, Abſinthii folio, humilior *Inſt. R. Herb. 486.* Chryſanthemum Alpinum, Judenbergenſe, Jacobææ affine *I. B. 2. 1058. & Raii Hiſt. 341.* Flos ejus aureus & radiatus, maturo ſemine, in pappos abit. Inter ſaxorum rimas erumpit in editiſſimis Jugis Montium Delphinatûs & Vallis Barſilionenſis.

1079. Jacobæa maritima, minima, glabra, Senecionis folio, Italica *Barr. Icon. 261.* Jacobæa maritima, Senecionis folio craſſo & lucido, Maſſilienſis *Inſt. R. Herb. 486.* Radix huic fugax, tenuis, fibroſa ex quâ cauliculus erumpit modò unicus, modò multiplex, foliis lucidis, viridibus, craſſis, glabris, ſucculentis, Senecionis foliis formâ & inciſurâ ſimilibus, vix ſeſcunciam longis, lato & craſſo nixis pediculo alterniſque veſtitus, ſucculentus, craſſus, ſtriatus, anguloſus, ſubpurpureus, nunc repandus, nunc ſurrectus, vix ſemipalmo altior, & in ſummo flores quatuor aut quinque edens radiatos & luteos. Tota planta interdum vix Icone major. Poſt Æquinoctium Martii ad littus maris florebat in Italiâ. Nos Septembri florentem adhuc vidimus Maſſiliæ in foſſis humidis circa muros urbis verſus Navium Valetudinarium, vulgò *le Lazaret.*

1080. Jacobæa montana, Senecionis folio. Senecio montanus, amplo aureo flore. *Barr. Icon. 402.* Multos è radice quam non vidi, cauliculos emittit palmares, firmos, tortuoſos, albicantes, ſtriatos & intus cavos, foliis cinctos alternis, nonnihil villoſis, Senecionis formâ, tenuiùs inciſis; Flores ſex octove in ſummo fert in thyrſum velut congeſtos, luteos, quàm Senecionis ampliores, radiatos; ſemen oblongum eſt anguſtum, teres, ſubfuſcum & pappis inſtructum. Ramus tantùm depingitur. Tota planta odore nonnihil gravi prædita eſt, ſapore verò ſubnitroſo. In montibus aſperioribus Apenninorum apud Amatricenſes in Aprutio collegit Barr.

1081. Jacobæa montana, Senecionis pallido, parvo flore. Senecio montanus, mollior, pallido parvo flore *Barr. Icon. 401.* Vulgari Senecioni ſimilis facie ſuâ externâ, glabra, lætè virens; Folia tamen latiora, altiùs diviſa mollioraque ut tota planta, quæ Senecione longè eſt tenerior. Caulis glaber, ſtriatus. Flores plures in ſummo cauliculorum congeruntur pallidi, ſemifloſculis è calyce anguſto & parvo vix ſe exerentibus. Tota planta fœtida & ſaporis nitroſi ac ingrati. Occurrit Barr. in Montibus Apenninis.

1082. Jabobæa Linifolia, Italica *Barr. Icon. 268.* Ex radice multiplici, craſſiuſculâ, lignoſâ fibriſque altè demiſſis capillatâ & perenni cauliculos multos emittit rectos, ſtriatos, virides & lanugine quâdam tenui pubentes, foliis cinctos Lini, ſed craſſioribus, carnoſioribus, anguſtis, tres quandoque uncias longis, vix tertiâ unciæ parte latioribus, latiuſculâ baſi alternoque ſitu cauli hærentibus, denſo ordine & ſerie circumpoſitis, oris ſecundùm longitudinem & deorsùm convolutis ut Roriſmarini, & concavis, ſupernè verò convexis, virentibus & longiore lanugine hiſpidis. Flores fert in ſummo numeroſos, aureos, radiatos & in umbellam quaſi diſpoſitos. Tota planta cinerea viridis, villoſa, & inæqualiter lanuginoſa ac hiſpida. Ex ipsâ radice & ſurculis annotinis, quot annis novi luxuriant cauliculi latum in ceſpitem ſeſe diffundentes. In colle ſaxoſo Umbriæ ad Auſtrum verſo, propè locum dictum *el Peglio* provenit.

1083. Jacobæa Linifolia, Hiſpanica *Barr. Icon. 802.* Jacobæa Linifolia Hiſpanica & Italica *Bocc. Muſ. part. 2. 60. Tab. 49.* Jacobæa Hiſpanica, Roriſmarini folio *Inſt. R. Herb. 486.* Hæc ſuperiori congener planè, ab eâ tamen diſcrepat foliis multò anguſtioribus, ſubincanis, nonnihil hiſpidis, craſſis, carnoſis, Roriſ-

Digitized by Google

marini formâ. Surculos è radice pariter ceſpitoſâ edit plures rectos, pedales, non ramoſos. Flores etiam ſummis in caulibus in umbellam diſponuntur aurei & radiati. Juxta *Cantillana* oppidum, viâ Hiſpalenſi, ſecus fluvium *Guadalqui-vir*, & aliisBoeticæ locis reperitur.

1084. Jacobæa montana, integro, rotundo folio *Barr. Icon. 145. Bocc. Muſ. part. 2. 61. Tab. 49.*

1085. Jacobæa montana, Betonicæ folio *Barr. Icon. 801. & Bocc. Muſ. part. 2. 61. Tab. 49.* Utriuſque deſcriptiones deſunt.

1086. Jacobæa montana, integro ſublongo folio *Barr. Icon. 146.* Jacobæa maritima, non laciniata, lanuginoſa, latifolia *Inſt. R. Herb. 486.* Jacobæa montana, non laciniata, noſtras *Raii Hiſt. 272.* In horto culta minus eſt lanuginoſa, magiſque viret.

1087. Jacobæa Doronici foliis & flore, montana *Barr. Icon. 229.* Folia huic craſſa, Lapathi, nonnihil caneſcentia, & tenui lanugine obducta, per oras dentata, prælongo hærentia pediculo, ſpatulæ formâ, palmi dodrante quandoque longiora quæ infima ſunt, ſenſim dein anguſtiora & minora, in ſummo tandem breviſſima & anguſtiſſima. Caulis rotundus, lanuginoſus, ſeſquipedalis, firmus, erectus, raris veſtitus foliis, in ſummo quatuor aut quinque flores amplos profert, craſſos, vix dodrante unciæ in diametro majores. Radix multiplex, tenuis, filamentoſa, ceſpitoſa & gilva. Sub finem Junii florebat.

1088. Jacobæa montana, croceo, amplo, ſingulari flore, ſpatulæ folio, elatior *Barr. Icon. 265.* Folia in ſiccâ plantâ ex Montibus Apenninis miſsâ, erant oblonga, longoque pediculo innixa, ſpatulæ formâ, ad radicem palmi dodrante quandoque longiora, unciam lata quâ parte latiora ſunt & in extremo obtusè acuta, per oras leviter & rarò denticulata, tenui brevique hiſpida pube, in caule rara, alterna, anguſtiora, breviora, acuta, lanceolata nulloque pediculo fulta, ſed latiori baſi caulem amplexantia & eò minora quò thyrſo florum viciniora. Caulis cubitalis, quandòque major, cavus, anguloſus, ſtriatus, ſulcatus, albâ lanugine & ſtupeâ inæqualiter diffusâ albeſcens, in cujus cacumine flos inſidet ſingularis modò, modò umbellatus, radiatus, & Jacobææ floribus ſimilis, amplus, croceus, calyce ſubviridi comprehenſus. Semen longum, anguſtum, ſtriatum, acutum, ſubfuſcum & pappis inſtructum.

1089. Jacobæa montana, polyanthos, flore aureo, foliis longis & integris, Italica *Barr. Icon. 266.* Jacobæa montana, lanuginoſa, non laciniata *C. B. Pin. 131. Raii Hiſt. 272.* A ſuperiori diſtinguitur foliis magis villoſis & incanis, floribuſque minoribus, & plurimis in umbellam diſpoſitis.

1090. Doronicum minus, rotundifolium *Barr. Icon. 1149.* Doronicum nigrâ radice, Campoclarenſe *Col. part. 2. 36. Raii Hiſt. 274. Doronic à feuilles arrondies.* In ſummâ Montis Januarii apud Sabinos Tiburto quinque vel ſex milliaribus ad Septentrionem diſſiti, crepidine, necnon Montibus Triſulti Aprutio conterminis & Apenninorum jugis ſaxoſis reperitur. Radix ejus è fulvo nigricans. A Doronico tamen Campoclarenſi Columnæ differre videtur radicibus minùs nodoſis & geniculatis.

1091. Corona ſolis Salicis folio, alato caule *Inſt. R. Herb. 490.* Aſter luteus, alato caule, Canadenſis *Barr. Icon. 535.* Aſter luteus, alatus *Corn. 62.* Icon. & deſcriptio Barr. ex Corn. Hiſt. l. c.

1092.

Digitized by Google

1092. Chryſanthemum Bellidis folio, ſeu Bellis lutea *Barr. Icon. 1244.* Chryſanthemum latifolium *I. B. 3. 105. Raii Hiſt. 340.*

1093. Chryſanthemum pallidum, minimis imiſque foliis inciſis, ſuperioribus integris & capillaribus *Barr. Icon. 421.* Nec hujus, nec ſequentium deſcriptionem invenio.

1094. Chryſanthemum majus, latiori Chamæmeli folio, flore aureo folioſo, Italicum *Barr. Icon. 451.*

1095. Chryſanthemum tenuifolium, flore bullato aureo *Barr. Icon. 450.*

1096. Chryſanthemum tenuifolium, flore luteo, aphyllo, minore *Barr. Icon. 452.*

1097. Leucanthemum Indicum, maximum, glabrum. Bellis montana, maxima, glabra, ramoſa, ſubrotundo folio, Indica *Barr. Icon. 438. La Marguerite des Indes.* Radice nititur craſſiuſculâ, tranſverſim in denſum ceſpitem ſerpente, fibras emittente ſecundùm longitudinem altè in terram deſcendentes. Ex ejus capitibus multa erumpunt folia oblonga, acuta, ſpatulæ formâ, ſerrata, glabra, unciam lata, tres ut plurimum uncias longa, prælongo & canaliculato nixa pediculo. Caulis ſurgit ex foliorum medio bipedalis, quandoque major, teres, rotundus, ſtriatus, glaber, rectus & in ſummo quandoque ramoſus, foliis brevioribus, anguſtioribus pediculo deſtitutis, ſed caulem amplexantibus baſi latiore, veſtitus. In cujus ſummo rariora brevioraque hærent folia, cauliſque ferè nudus eſt, & ſuſtinet ſingularem florem uncialis diametri, cujus umbilicus luteus, ſemifloſculis albis radiatus. Florebat Romæ in horto Barr. ſemine accepto ex horto ſereniſſimi Principis Gaſtonis Aurelianenſium Ducis.

1098. Leucanthemum montanum, hirſutum, folio acuto, ſerrato. Bellis montana, major, hirſuta, caule folioſo, non ramoſa, Neurſina *Barr. Icon. 437.* Folia huic longiora, anguſtiora, acutiora & profundiùs ſerrata, ſenſim in caule breviora nulloque pediculo innixa. Caulis bipedalis rarioribus cinctus foliis, florem unicum profert in ſummo ampliſſimum, ſeſcuncialem ut plurimum, album, medio luteum. Tota planta levi mollique horreſcit lanugine. Romæ florebat Auguſto menſe in horto ſancti Xyſti, ex paludoſo & amplo prato ad radicem Jugi Neurſini Octobri menſe erutum

1099. Leucanthemum montanum, glabrum folio obtuſo, ſerrato. Bellis montana, minor, ramoſa, glabra, Cotyledonoides, Neurſina *Barr. Icon. 1237.* Plurima abs radice effundit folia minora longè quàm in ſuperioribus duobus, *Gei* aut *Sedi* modo in gyrum ordinata & ſibi invicem imbricatim incumbentia, obtuſa, crenata & longo donata pediculo. Caulis ex eorum medio ſurgit ramoſus, brevioribus foliis floribuſque minoribus inſtructus. Folii magnitudinem naturalem habes in Icone. Iiſdem locis ac ſuperior creſcit.

1100. Leucanthemum Alpinum, latifolium *Barr. Icon. 458. n. 1.* Leucanthemum montanum, minus *Inſt. R. Herb. 492.*

1101. Leucanthemum Alpinum, anguſtifolium *Barr. Icon. 458. n. 11.* Leucanthemum Alpinum, foliis Coronopi *Inſt. R. Herb. 493.*

1102. Leucanthemum Alpinum, tenuifolium *Barr. Icon. 458. n. iij.* Leucanthemum Alpinum foliis profundè inciſis *Inſt. R. Herb. 493.*

1103. Leucanthemum minimum, foliis inferioribus integris, ſuperioribus inciſis. Bellis minima, inciſis caulis foliis, Hiſpanica *Barr. Icon. 1153. n. 1.* Bellis foliolis laciniatis ad caulem adnatis. *Bocc. Muſ. part. 2. 162. Tab. 116. & 124.*

1104. Leucanthemum fruticans, pinnatis ſuperioribus Quamoclit foliis, imis vermiculatis & toroſis *Barr. Icon. 422.*

Digitized by Google

1105. Pyrethrum alterum, minus, ceſpitoſâ radice, Anthemidis flore, Italicum *Barr. Icon. 522.* Ceſpitoſa eſt planta quæ è capite ſuo multas emittit radices ruſeſcentes, fibroſas, palmi quadrante quandoque longiores. Folia è craſſo ſurgunt capite villoſo, numeroſa, rigida, lætè virentia, carnoſa, levi lanugine hiſpida & tenuifolia Saxifragiæ aut Chamameli modo. Cauliculos edit nonnihil hirſutos, ſubcaneſcentes, teretes, palmares, minoribus & raris veſtitos foliis & in ſummo ſuſtinentes caput Chamæmeli quod jam marcidum erat cùm occurrebat in Montibus Moroni in Aprutio, non longe à Sulmone. Tota planta ſubacris ſalivam promovet.

1106. Matricaria Tanaceti folio, flore majore, ſemine umbilicato *Inſt. R. Herb. 493.* Tanacetum inodorum, latifolium, magno Bellidis flore *Barr. Icon. 781.* Tanacetum inodorum 1. *Cluſ. Hiſt. 338. La Matricaire à feuilles de Tanaiſie.* Folia promit pinnata ſeu alata, ut Vulgari Tanaceto, ſed tenuiùs & acutiùs altiuſque inciſa, minùs rigida erectaque, nonnihil humi procumbentia, obſcuriùs virentia, palmum ferè longa, coſtâ folii & pinnarum ſupernè canaliculatâ eique coſtæ utrinque alterno ut plurimum ſitu, quandoque adverſo laxa ſatis per intervalla adnaſcuntur foliorum pinnæ obliquæ non tranſverſæ ut in aliis infrà deſcribendis; quæ quidem pinnæ acutè laciniantur & minores breviores acutioreſque fiunt quò altiùs in coſtâ adhærent. Inter ſex aut octo folia caulis erigitur cubitalis & bipedalis, teres, erectus, firmuſque, nonnihil villoſus, raris veſtitus foliis & minoribus quàm in imo caulis, è quorum alis alii folioſi, ſed minoribus vallati foliis enaſcuntur cauliculi qui ſurſum panduntur in faſciculum florum Bellidis majoris formâ, colore & magnitudine ſimilium. Odor illi nullus, ſapor plantæ levis linguamque leviter vellicans. Ex Apenninorum ſylvis in horto ſancti Xyſti tranſlata Junio & Julio florebat.

1107. Matricaria Alpina, Tanaceti folio, flore majore. Tanacetum inodorum, latifolium, Alpinum, magno Bellidis flore *Barr. Icon. 786.* Superiori ita ſimilis ut nonniſi foliis diſtinguatur; huic enim dilutiùs pallidèque virent folia, quorum pinnæ breviores, anguſtiores, latiora per intervalla coſtæ mediæ inſeruntur. In Montibus Majoris Carthuſiæ, & in collibus circa oppidum *Bourgdoyſan*, in Delphinatu obſervavit Barr.

1108. Matricaria Tanaceti folio criſpo, flore majore. Tanacetum inodorum, latifolium, criſpum, magno Bellidis flore *Barr. Icon. 782.* Folia huic multò majora, pedalia, majoribus & denſioribus foliorum pinnis & ordinibus inſtructa, pinnis tenuiùs altiùſque inciſis, & ab exortu longioribus acutioribuſque laciniis luxuriantur, quibus tum caulem, cùm foliorum nervum medium veſtiunt & amplectuntur. Pinnarum porrò ordines ita frequentes, ipſæque pinnæ adeò inciſæ ut criſpantia fiant folia ſive ima, ſive cauli & ramo hærentia. Flos quam in ſuperioribus nonnihil minor. Caulis cubitalis ab imo ferè ramoſus. E Montibus Carthuſianorum Divi Bartholomæi apud Triſultum, in humidis umbroſiſque provenientem in hortum ſancti Xyſti Tranſlatam coluit per annos aliquot.

1109. Matricaria Tanaceti folio, flore minore, ſemine umbilicato *Inſt. R. Herb. 493.* Tenacetum inodorum, tenuifolium, magno Bellidis flore *Barr. Icon. 785.* Tanacetum inodorum 11. *Cluſ. Hiſt. 332.* Foliorum pinnæ laxioribus intervallis coſtæ mediæ inſeruntur, ſed ſuperioribus longè anguſtiores & profundiùs inciſæ. Flos nonnihil minor, in cæteris cum ſuperioribus convenit. In ſylvis Montis Januarii Tiburto imminentis ad vigeſimum quintum ab urbe Româ milliare viget. Matricariæ vires vide in Hiſt. Raii 357.

1110.

1110. Chamæmelum marinum *Barr. Icon. 521. I. B. 3. 122 Raii Hiſt. 355. Camomille du bord de la mer.* Tota planta craſſa, carnoſa, glabra, odore Chamæmeli, ſapore acri & aromatico, Abrotanum nonnihil referente prædita. Ad oſtia Tyberina, & ad littora maris Mediterranei frequens obſervatur.

1111. Chamæmelum montanum, incanum, Abſinthioides, Italicum *Barr. Icon. 457.*

1112. Cotula flore luteo, nudo *Inſt. R. Herb. 495.* Chryſanthemum Valentinum, ſeu tenuifolium, flore aureo *ἀφύλλω Barr. Icon. 449.* Chryſanthemum Valentinum *Cluſ. Hiſt. 332. Raii Hiſt. 362.*

1113. Buphtalmum Tanaceti minoris folio *C. B. Pin. 134. Raii Hiſt. 341.* Chryſanthemum Tanaceti folio, flore aureo, Italicum *Barr. Icon. 465. L'Oeil de Bœuf.*

1114. Buphtalmum Tanaceti minoris folio, flore albo *Inſt. R. Herb. 495.* Chryſanthemum Tanaceti folio, flore albo, montanum, Italicum *Barr. Icon. 466.* ſuperioris eſt varietas.

1115. Millefolium minus, album, Hiſpanicum *Barr. Icon. 1115.*

1116. Millefolium minimum, criſpum, flore albo, Hiſpanicum *Barr. Icon. 1114.*

1117. Millefolium minus, tenuifolium, Tanaceti odore. Tanacetum minus, albo Millefolii flore, odorum *Barr. Icon. 992.* Tota planta palmaris eſt quandoque elatior, ceſpitoſa & Tanacetum olens, ſed ſuavius & jucundius. In ſylvoſis Viterbii Montibus, quos Cyminos vocant vel Cymineos, Viterbum inter & Ronſilionem, vulgò *Ronſiglion* in editâ jugi planitie, quâ Viterbo Romam iter eſt, occurrebat *Barr.* Millefolii vires vide in Hiſt. Raii 346.

1118. Ptarmica Cretica, fruteſcens, Santolinæ facie *Inſt. R. Herb. 497.* Abrotanum fœmina, incanum, albo Achilleæ flore, Creticum *Barr. Icon. 572. & Bocc. Muſ. part. 2. 46. Tab. 34.* Millefolium incanum, Creticum *C. B. Pin. 140. Prodr. 72. Raii Hiſt. 347.* E Promontorio *Capo ſpada* ad Barrelerium ſicca delata eſt, cujus folia adulta majora erant, quæ verò recèns erant enata, minora & incano prorſus obſita tomento.

1119. Ptarmica Alpina, Matricariæ foliis *Triumf. 83.* Tanacetum inodorum, Leucanthemum, Alpinum *Barr. Icon. 991.* Abſinthium corymbiferum, Millefolii umbellâ, folio alato & laciniato *Raii Hiſt. 345.* In ſylvoſis ſupra Cœnobium majoris Carthuſiæ naſcitur.

1120. Aſteriſcus annuus, foliis ad florem rigidis *Inſt. R. Herb. 497.* Aſter legitimus, Cluſii alter, ſeu ſpinoſus, luteus *Barr. Icon. 551. Cluſ. Hiſt. xiij.* Aſter luteus foliolis ad florem rigidis *C. B. Pin. 266. Raii Hiſt. 338.* In Campaniâ Romanâ frequens ad agrorum margines, necnon in Galliâ Narbonenſi, atque in Hiſpaniâ.

1121. Aſteriſcus aquaticus, annuus, patulus *Inſt. R. Herb. 498.* Aſter legitimus Cluſii, mollior, luteus *Barr. Icon. 552.* Aſter annuus, Attico luteo ſimilis, foliis ad florem mollibus *Bot. Monſp. & Raii Hiſt. 339.* In agro Romano viâ ad Civitatem veterem obvius.

N iij 1122.

Digitized by Google

1122. Aſteriſcus maritimus, perennis, patulus *Inſt. R. Herb. 498.* Aſter ſupinus, luteus, Maſſilioticus *Barr. Icon. 1151.* Aſter 11. ſupinus *Cluſ. Hiſt. xiij. & Raii Hiſt. 339.* Aſteriſcus maritimus, annuus, patulus *Inſt. R. Herb. 498.* Circa Maſſiliam ad littus maris eundo ad Montem *Redon* provenit, ibique ſtrigoſa eſt planta & perennis quæ in hortis culta elatior, ramoſior & paulò viridior fit; hyememque in regionibus frigidis difficilè patitur.

1123. Xeranthemum flore ſimplici, purpureo, minore *Inſt. R. Herb. 499.* Jacea puſilla, Oleæ folio, purpureis congeſtiſque floribus *Barr. Icon. 1126.* Jacea Oleæ folio, minore flore *C. B. Pin. 272. Raii Hiſt. 287.* In ſterilibus circa Monſpelium vix Icone majus eſt, ſed in hortis cultum proceriùs & ramoſiùs evadit.

1124. Carlina flore purpuro rubente *Inſt. R. Herb. 500.* Acarna Atractylidis folio, amplo purpureo capite, prolifera *Barr. Icon. 483.* Acanthoides parva, Apula *Col. part. 1. 29. Raii Hiſt. 289.*

1125. Carlina Hiſpanica, tenuifolia, flore luteo. Atractylis Hiſpanica, tenuifolia, flore luteo *Barr. Icon. 594.*

1126. Carlina Hiſpanica, integro folio, flore citrino. Atractylis Hiſpanica, integro & cinereo folio, flore citrino *Barr. Icon. 593. Carlinæ ſylveſtris Hiſpanicæ Cluſii Hiſt. clvj.* non abſimilis, folia tamen profert tenuiora, planiora, minùs criſpa, minoribus armata ſpinis, incanâ ſimiliter lanugine pubentia & cinerea. Flores pariter in ſummo caule è foliorum alis ſecundùm caulis longitudinem oriuntur citrini, vixque ſeſe explicantes.

1127. Carlina minima, caulodes, Hiſpanica *Barr. Icon. 592.* Radice potitur longâ & craſſiuſculâ, à capite juxta terram multis parvis foliis, majoribus & latioribus tamen quàm in Icone exprimuntur, humifuſis cinctâ, altè inciſis, ſinuoſis, glabris, rigidis, tenuibus, nigris, duris & duas vix uncias longis, ſurrectis, carinatis, multis ſpinis in extremo & ſecundùm longitudinem aculeatis. Caulis unicus, rectus, ſemipalmaris, folioſus & in ſummo juxta florem frondoſus. E foliorum ambientium & ſubjectorum medio caput exurgit multis minoribus aliis & ſimilibus foliolis ſurrectis & applicitis obvolutum; è multis floſculis luteis medium compingitur pluribus foliolis anguſtis, acutis circumvallatum & radiatum. In Icone formam & magnitudinem ferè totius plantæ habes. Semen illi oblongum, albidum ciliaribus pilis coronatum. In Regni Valentini deſerto *la Murtha*, non longè à mare propè Valentiam ſex milliaribus ad meridiem reperiebat Barr.

1128. Acetoſa Americana, foliis longiſſimis pediculis donatis *C. B. Pin. 114. Prodr. 54. & Raii Hiſt. 179.* Oxalis ſeu Acetoſa Americana, veſicaria *Barr. Icon. 1112. L'Ozeille d'Amerique.*

1129. Acetoſa Americana acutiori folio. Oxalis ſeu Acetoſa Americana *Barr. Icon. 539.* Folia hujus acutiora, folliculi ſeminum tricuſpidati & acutiores. Utramque à Corvino accepit Barr. Acetoſæ vires vide in Hiſt. Raii 178.

1130. Lapathum aquaticum, Luteolæ folio *Bocc. Muſ. part. 2. Tab. 104.* Blitum anguſtifolium, verticillatum *Barr. Icon. 1181. Bocc. Muſ. part. 2. 85. Tab. 80.* Lapathum Anthoxanthon *I. B. 2. 987. Raii Hiſt. 174. La Patience à feuille de la Gaude.*

Digitized by Google

1131. Atriplex Lovitienſis Corvini, ſemine anguloſo *Barr. Icon. 1210.*

1132. Chenopodium Stramonii folio. Atriplex ſylveſtris, major anguloſo folio *Barr. Icon. 540.* Atriplex Chenopodia, Daturæ folio *H. R. Monſp.*

1133. Chenopodium Ambroſioides, Mexicanum, *Inſt. R. Herb. 506.* Botrys Boetica, Atriplicis ſylveſtris facie, vulgò Botrys Mexicana *Barr. Icon. 1185.* Botrys Ambroſioides, Mexicana *C. B. Pin. 138. & ejuſdem app. 516. Raii Hiſt. 196.*

1134. Herniaria Alſines folio *Inſt. R. Herb. 507.* Anthyllis Alſinefolia, Polygonoides, major *Barr. Icon. 534.* Anthyllis maritima, Alſinefolia *C. B. Pin. 282. & Raii Hiſt. 1026.*

1135. Paronychia Hiſpanica *Cluſ. Hiſp. 478.* Polygonum montanum, niveum, minus *Barr. Icon. 726.*

1136. Paronychia Hiſpanica, nivea, major. Polygonum montanum, niveum, roſeum majus, Hiſpanicum, *Barr. Icon. 687.*

1137. Paronychia Hiſpanica, nivea, polyanthos. Polygonum montanum, niveum, polyanthos *Barr. Icon. 725.*

1138. Paronychia Hiſpanica, nivea, minor, compactioribus foliis. Polygonum montanum, niveum, roſeum, minus, compactioribus foliolis Hiſpanicum *Barr. Icon. 688.* Polygonum Cyrenæum *Bocc. Muſ. part. 2. 22. Tab. 7.*

1139. Alchimilla minor, hirſuta, cineritia, Italica *Barr. Icon. 728.* Alchimilla Alpina, pubeſcens, minor *H. R. Par. Le Piè de Lion des Alpes à feuilles & tiges velues.* In editioribus Apenninorum pratis, necnon in Monte Ventoſo propè Avenionem provenit, vix Icone major; folia cauleſque tenui cineritiâque pubent lanugine.

1140. Alchimilla argentea, montana, pentaphyllea *Barr. Icon. 756.* Alchimilla Alpina, Quinquefolii folio ſubtus argenteo *Inſt. R. Herb. 508.* Tormentilla Alpina, folio ſericeo *C. B. Pin. 326. Raii Hiſt. 209.* In montibus Galliæ, in Alpibus, Apenninis, Pyrenæis obvia eſt. Vires Alchimillæ vide in Hiſt. Raii 209.

1141. Polygonum anguſtifolium, majus *Barr. Icon. 546.* Polygonum anguſto oblongo folio *C. B. Pin. 281.* Polygonum majus, Romanum, longiùs radicatum, foliis Roriſmarini, longiſſimis flagellis donatum *Bocc. Muſ. part. 2. 66. Tab. 58. La Renouée à feuilles étroites.* Ex radice longâ craſſiuſculâ, humi demiſsâ, è fuſco rubente ſeu furvâ, fibris è lateribus longis & tenuibus capillatâ in multos cauliculos humi in circuitu ſe ſpargit repandos, eoſque per extrema ſurſum ſe erigentes, geniculatos, foliis densè ſatis veſtitos, duplò latioribus quàm in ſequenti, majoribus, acutis, & obſcuriùs virentibus: inter quæ glumoſa & nivea intermiſcentur foliola, præſertim in extremis vel tenerioribus ſarmentis. Flores ex foliorum alis exoriuntur rubentes.

1142. Polygonum anguſtifolium, minus *Barr. Icon. 545.* Folia hujus vix mediam lineam lata, acutiſſima, nec ſemunciâ longiora. Flores ejus adeò parvi, ut viſum fugiant. Rubeſcit & nonnihil candicat eorum calyx. Habes in Icone ramulum expreſſum qualis microſcopio videtur. Utrumque Romæ occurrit viâ quâ è Monte Aventino ad Montem Teſtaceum itur.

1143.

1143. Polygonum rectum *Barr. Icon. 560. n. 11.* Puſilla palmaris & annua planta, caule unico erecto ſurgens, radice annuâ pollens, Polygoni folia & flores emittens. Flores albi ſunt & ſubrubentes. Icone non eſt major. In Italiâ obſervavit Barr.

1144. Polygonum maritimum, majus, incanum *Barr. Icon. 560. n. 1.* Polygonum maritimum *I. B. 3. 376. & Raii Hiſt. 185.*

1145. Polygonum incanum, rotundifolium, Halimoides, fruticans, Hiſpanicum *Barr. Icon. 733.* Perelegans hæc planta fruticans, tota incana, ramoſa; caudice craſſo donata, Halimi formâ, erecta, lignoſa quam densè veſtiunt folia carnoſa, rotunda, incana, alterna, ſed inordinato ſitu diſpoſita, ex quorum alis germina folioſa & congeſta erumpunt. Flores fructuſque non obſervavi. In maritimis agri Toletani provenit. Hujus & ſequentium caracter ignoratur, imperfectæ enim ſunt Icones, deſcriptioneſque deſunt.

1146. Polygonum fruticoſum erectum, Hiſpanicum *Barr. Icon. 713.*

1147. Polygonum fruticans, ſupinum, majoribus foliis, Hiſpanicum *Barr. Icon. 716.*

1148. Polygonum ſupinum, fruticoſum, verticillatum, foliis minimis, Hiſpanicum *Barr. Icon. 715.*

1149. Polygonum fruticoſum, ſupinum, Ericoides, cineritium, Thymifolio, Hiſpanicum *Barr. Icon. 714.*

1150. Biſtorta montana, minima *Barr. Icon. 489. La petite Biſtorte.*

1151. Panicum vulgare, ſpicâ multiplici, longis ariſtis circumvallatâ *Inſt. R. Herb. 515.* Gramen paluſtre, Arundinaceum, Milii paniculâ, ſemine Phalaridis *Barr. Icon. 8.* Gramen Paniceum, ſpicâ ariſtis longis armatâ *C. B. Pin. 8. Le Panis des marais.*

1152. Panicum maritimum, ſpicâ longiore villoſâ *Inſt. R. Herb. 515.* Gramen Alopecurum, minus, ſpicâ vireſcente, divulsâ *Barr. Icon. 115. n. 1.* Gramen Alopecuros, minus, ſpicâ longiore *C. B. Pin. 4.*

1153. Panicum maritimum, ſpicâ divulsâ, villoſâ. Gramen Alopecurum, majus, ſpicâ vireſcente, divulsâ, pilis longioribus *Barr. Icon. 115. n. 11.* Alopecuros altera, maxima, Anglica, paludoſa, ſive Gramen Alopecuroides, maximum *I. B. 2. 474.* In pratis circa Arcem Oſtienſem collegit Barr.

1154. Gramen ſparteum, ſpicatâ Bryzæ paniculâ & corniculatâ *Barr. Icon. 25.* Gramen ſpicâ Bryzæ, majus *C. B. Prodr. 18. Le Chiendent.* In Campaniâ Romanâ frequens juxta ſepes locis aridis, necnon ad Tyberis margines circa Oſtiam.

1155. Gramen ſpicâ Bryzæ, minus *C. B. Prodr. 19.* Feſtuca gracilis, paucis utriculis *Barr. Icon. 83. n. 11.* In arvis juxta vias frequens per totam Italiam.

1156. Gramen ſparteum, longâ & ſpicatâ paniculâ, Lolii utriculis Feſtucæ potius, majus *Barr. Icon. 13. n. 1.* Radice potitur perenni, ceſpitosâ fibroſâque, foliis longis, anguſtis, planis & ſenſim in Junceam formam convolutis in extremo. Culmo eſt tenui, glabro, nitido, lævi & raris veſtito foliis, in cujus ſummo ſpica ſurgit anguſta, longa, palmi dodrantem ſæpè ſuperans, è multis brevibus Lolii utriculis conflata, tenuibus & longioribus inſertis pediculis, longâ ſerie & ſine ordine aggeſtis. Inter glumas paleaceas & acutas delitefcit ſemen Loliaceum, longum, anguſtum, utrinque acutum. In Monte Æquicolorum *Guadagnolo* dicto, aridis & ſaxoſis, necnon in prato-

rum

Digitized by Google

rum aggeribus, primo lapide à Ponte Milvio ad Aquam traverſam oritur.

1157. Gramen Sparteum, ſpicatum, Lolii utriculis, majus *Barr. Icon. 748. n. 1.* Spica hujus duas utplurimum uncias longa, paniculata & ſpicis aliis parvis, inæqualibus, rectis modò, modò inclinatis compoſita, ſed minoribus quam in ſuperiori & brevioribus, ariſtis tamen tenuiſſimis & longioribus circumvallatis. Culmi pedales, duri, firmi, glabri, læves, juncei & erecti. Circa & ſupra muros Arcis *Guadagnoli* naſcitur.

1158. Gramen paluſtre, locuſtis Erucæformibus *Barr. Icon. 2.* Annuum eſt & paluſtre uliginoſis & depreſſis gaudens ac humidis ſcrobibus ſylvæ Oſtienſis. Breves & fibroſas agit radices ſubfuſcas, & ab iis unum aut alterum culmum cubitalem emittit, raris & quinis veſtitum circiter foliis longis, anguſtis, mollibus, fragilibus & amplexicaulibus parte ſuâ inferiore; glabrum tertiâ ſui parte, in ſummo foliis nudum, ſtriatum & nonnihil anguloſum, in longam ſpicam palmo & pede quandoque longiorem, ex viridi ſubalbeſcentem, rigidiuſculam, ſed non aſperam, tenuem, raris locuſtis & per longitudinem alterno ſitu circumſtantibus, quarum ſingulæ Erucam arborum ramis & ſurculis arrepentem non malè referunt, unciam quandoque longæ; quæ inferiores & primæ ſunt, longioribus à ſe invicem diſtant intervallis, & ut plurimum unâ aut alterâ juxta baſim ejuſdem formæ, ſed quadruplo breviore appendice fultis: at quæ in ſpicâ altius procedunt, ſenſim breviores, tenuiores & viciniùs congeſtæ. Singularum dorſum rotundum & echinatum eſt, glumis in quatuor ſeries digeſtis recto & medio ſulco à ſummo ad finem eleganter ſtriatum, carinatum, totidem pedes, quot ab utroque latere glumis conſtat, oſtentans.

1159. Gramen Loliaceum, ſpurium, hirſutum, ariſtis geniculatis, maximum *Barr. Icon. 905. n. III.* Ex radice tenui, fibroſâ, albâ, plures ſurgunt culmi primùm ſupini, ſurſùm ſtatim erecti, ad primum geniculum flexi, anguloſi, raris, brevibus, acutis, amplexicaulibus, anguſtis piloſiſque foliis cincti, tribus aut quatuor nodis nigricantibus diſcreti, recti, firmi, læves & nitentes, quorum extrema in longam, palmarem, tenuem, anguſtam, albicantem, piloſam, plumaceamque ſpicam deſinunt Lolii formâ, planam, laxam & ariſtatam. Granum tenue, oblongum, Loliaceum, nigricans glumas inter geminas deliteſcit. Majores ſpicæ palmo quandoque longiores, minores verò ſeu locuſtæ laterales majores unciales; minores verò ſemunciales tantùm. Ariſtæ ſunt geniculatæ. Totum brevibus pilis hirſutum eſt.

1160. Gramen Loliaceum, ſpurium, hirſutum, ariſtis geniculatis, medium ſeu vulgare *Barr. Icon. 905. n. II.* Priori ſimile, ſed minus, anguſtioribus inſtructum foliis, ſpiciſque ſtrictioribus. Prioris videtur varietas. Utrumque in Campaniâ Romanâ frequens locis aridis & incultis.

1161. Gramen Loliaceum, ſpurium, hirſutum, ariſtis geniculatis, minus *Barr. Icon. 905. n. I.* Anguſtis donatur foliis aliis duobus ſuperioribus cæteroqui ſimilibus, brevibus, & in geniculato culmo nigris nodis articulato & infra anguloſo flexu contorto quinis aut ſenis alterno ſitu diſpoſitis. Culmos fert quinos aut plures, vix palmo longiores, quorum pars major in ſpicam cedit Lolii formâ, ſed anguſtam, unicoque grano per ſingulas glumas fœtam craſſiuſculas, acutas, duriores, rarioreſque quam in ſuperioribus. Granum recondunt duæ tenuiores & albidæ glumæ, utrinque una & ſuper has alia durior, virens, exterior, erecta & quæ ex nodis ſingulorum articulorum ſpicæ ortum ducit. Ariſtæ pariter ſunt geniculatæ. In campeſtribus Gallicani territorii reperitur.

1162. Gramen Loliaceum, Junceum, majus *Barr. Icon. 5.* Tenui fibroſâ, albâque eſt radice multiplici, brevi & capillatâ; foliis anguſtis, vix duas uncias longis, paucis, tenuibus, ſubinde marceſcentibus. Culmi numeroſi in globum convoluti & arcuati, rotundi, raris & minoribus quam in imo foliis veſtiti, in extremo acuminati, denſis internodiis articulati, acutiſque & viri-

dibus ad ſingulos nodos corniculis hærentibus, in quorum alis tenues inſident glumæ. Pumilum eſt, vix quinque uncias altum, totumque è cæſio virens. Aridis apriciſque jugis Montis *Guadagnoli* in Latio *Præneſte* imminenti, delectatur. Maio occurrebat quo tempore nec flores, nec ſemina ediderat.

1163. Gramen Loliaceum, Junceum, minus *Barr. Icon. 6.* Culmis gracilioribus, ſupinis & per humum ſparſis, ac minoribus à priori diſcrepat. Iiſdem locis provenit.

1164. Gramen Junceum, nodoſum, minimum, capillare *Barr. Icon. 117. n. I.* Gramen Loliaceum, maritimum, ſpicis articulatis *Mor. Hiſt. Oxon. part. 3. ſect. 8. Tab. 2. fig. 8.* Exile, fugax annuumque eſt, cujus radix fibroſa, capillata & nigricans, tres aut quatuor exiles, geniculatos, articulatos tereteſque culmos promit. Habes in Icone totius plantæ magnitudinem. In pratis ſiccioribus Montis Marii frequens, necnon in pratis quæ Tyberim imminent, non longè à Malliano cœnobio, quarto infra urbem milliari.

1165. Gramen Junceum, ſpicatum, minus *Barr. Icon. 117. n. II.*

1166. Gramen Loliaceum, aquaticum, aceroſum. Lolium aquaticum, aceroſum; Phœnix aquatica *Barr. Icon. 906. n. I.*

1167. Gramen Caryophyllatum, Loliaceum, repens *Barr. Icon. 906. n. II.* Radice eſt repente Graminis canini inſtar, albâ & geniculatâ; foliis Arundinaceis, rigidis, quartam unciæ partem juxta ceſpitem & culmum cui adnaſcuntur latis, cæſii coloris ſeu Caryophylli, ſenſim ut altiùs ſurgunt anguſtioribus & acutioribus, in ſummo junceis, oris convolutis. Plures culmi vaſto è ceſpite ſurgunt bicubitales quandoque, in quorum ſummo ſpica eminet nutatque è duplici utriculorum Loliaceorum ſerie non alatim ut Lolio, ſed imbricatim alterno ſitu hinc inde ſibi incumbentium. Ex albo & cæſio virent utriculi rigidi & ſurrecti. Flores ſtaminei & candidi. Circum Tyberis ripas & Cannetorum aggeres denſo pertinacique ceſpite creſcit infra & ſupra Pontem Milvium.

1168. Gramen Loliaceum, Zeæ ſpicâ. Zea Dioſcoridis, Mutica πολύσταχυς, minor *Barr. Icon. 111. n. iij.*

1169. Gramen caninum, maritimum, ſpicatum, echinatis glumis *Barr. Icon. 718.* Gramen ſpicatum, locuſtis echinatis *Inſt. R. Herb. 519.* Gramen caninum, maritimum, aſperum *C. B. Pin. 2.*

1170. Gramen Sparteum, pennatum, majus *Barr. Icon. 46.* Gramen ſpicatum, ariſtis pennatis *Inſt. R. Herb. 518.* Gramen Sparteum, pennatum *C. B. Pin. 5. Raii Hiſt. 1260.*

1171. Gramen Hordaceum, δίστιχον, majus, ciliaribus glumis, durius *Barr. Icon. 112. n. I.* Gramen Creticum, ſpicatum, Secalinum, glumis ciliaribus *Cor. Inſt. R. Herb. 39.*

1172. Gramen Secalinum, bulboſâ radice, ſeu ex Alepo Bauhini *Barr. Icon. 112. n. II. I. B. 2. 444.* Gramen Creticum, ſpicatum, Secalinum, altiſſimum, tuberoſâ radice *Cor. Inſt. R. Herb. 39.*

1173. Gramen Hordaceum, minimum *Barr. Icon. 111. n. I.*

1174. Gramen Secalinum, ſpicâ longiore & anguſtiore. Zea Briza barbata *Barr. Icon. 111. n. II.*

1175. Gramen ſpicatum, folio aſpero *C. B. Pin. 3.* Gramen ſpicatum, folio aſpero, ſpicâ grumoſâ, longiore *Barr. Icon. 26. n. I.* Gramen ſpicatum folio aſpero, ſpicâ grumoſâ, breviore ejuſd. *Icon. 26. n. ij.*

1176. Gramen minimum, ſpicâ globoſâ echinatâ *Barr. Icon. 28. n. I.* Gramen ſpicatum, ſpicâ ſubrotundâ echinatâ *Inſt. R. Herb. 519.* Gramen echinatum, tribuloides *Col. part. I. 338.* Gramen capite globoſo, echinato, minus *Barr. Icon. 863. n. II.*

1177. Gramen Alopecurum, ſpicâ aſperâ *Barr. Icon. 123. n. II.* Gramen ſpicatum, echinatum, locuſtis unam partem ſpectantibus *Inſt. R. Herb. 519.* Gramen

Digitized by Google

Gramen Alocuperoides, ſpicâ aſperâ *C. B. Pin. 4. Raii Hiſt. 1265.* Circa Romam, tum etiam Monſpelii & in agro Maſſilienſi frequens.

1178. Gramen ſpicatum, tomentoſum, longiſſimis ariſtis donatum *Inſt. R. Herb. 517.* Gramen Alopecurum, molle, ſpicâ incanâ, obtusâ, majus *Barr. Icon. 116. n. 11.* Gramen Alopecurum, molle, ſpicâ incanâ, acutâ, minore *Barr. Icon. 116. n. 1.* Gramen Alopecuros, ſpicâ rotundiore *C. B. Pin. 4.*

1179. Gramen Alopecurum, viridi & molli ſpicâ *Barr. Icon. 123. n. 1.* E luteo rufeſcentibus fibrillis brevibus, contortis & numeroſis conſtant radices hujus Graminis annui, ex quibus ſurgunt culmi plures, pedales modò, ſurrecti, modò ad latus inclinati, læves, glabri, rigidi, mediâ ferè ſui parte ſpicam verſus nudi, atro-violacei, palmaribus foliis anguſtis, brevibus & acutis leviterque piloſis veſtiti, quorum vertici inſidet ſpica duas uncias circiter longa ex multis aliis parvis ſpicis lanuginoſiſque utriculorum glumis in unam ſpicam compactis & coeuntibus; tenuibus tamen piloſiſque è glumis anguſtis densè congeſtis compoſita, contortis & incurvis, criſpiſque & lanuginoſis ariſtis munita. Typhæ in modum nonnihil inæqualiter tumet gibboſaque è viridi albeſcit, mollis, lævis & ſericeo nitore nonnihil fulgens. Juxta vias & in arvis totâ Romanorum Campaniâ obvium, necnon murorum crepidinibus innaſcens.

1180. Gramen ſciurum ſeu Alopecurum, minus, heteromallâ paniculâ *Barr. Icon. 4.* Gramen Barcinonenſe, paniculâ densâ, aureâ *Inſt. R. Herb. 523.* Fibrosâ, molli, contortâ, brevi & nigricante eſt radice pluribus foliis mollibus, glabris, vix duas uncias longis, ſextam unciæ partem latis comoſa planta. E radicibus culmi plures tumido ceſpite confeſtim aſſurgunt foliis tribus aut quatuor ejuſdem magnitudinis, quorum ſumma ſpicam quandoque æquant, veſtiti, breves, geniculati, glabri, medium palmum vix ſuperantes; in quorum vertice ſpica biuncialis ex congeſtis numerosâ congerie & ſub unâ ferè ſerie ſpicis parvis, quadrantem circiter unciæ longis, ſingulis uno pediculo oblongo nixis, nutantibus, filo craſſiori vix majoribus, mollibus, paleaceis, & ex parvarum, obtuſarum, & tenuiſſimarum glumarum imbricatim repoſitarum ſerie compactis, cunctis ſimul mollem venuſtamque paniculam ſpicamve Alopecuroideam efformantibus. Semen exile, tenui ariſtâ armatum deliteſcit inter ſericeas albas & tenues glumas ac ariſtatas. Maturo ſemine facilè decidunt ſpicæ adeò ut ſenium paſſa hæc Graminis ſpecies ſpicæ ſpina nuda apparet deciduis ſpicis lateralibus. Tota planta vix ſemi palmo altior, ceſpitoſa & annua. Juxta Colyſæum ſupra muros vineæ quondam Cardinalis Pii ſub finem Maii cum maturis ſpicis exſiccatis & albeſcentibus occurrebat.

1181. Gramen Alocuperum, ſpicâ glumosâ, luteâ, villis criſpis *Barr. Icon. 124. n. 1.* Gramen Antoxanthon, ſpicatum *J. B. 2. 466.*

1182. Gramen Myurum, ſpicâ è viridi albeſcente *Barr. Icon. 124. n. 11.* Annuum eſt, cujus culmus ſeſquipedalis ferè, ſingularis, ſex aut octo anguſtis & quinque uncias longis, teneriſque cingitur foliis, ſubinde criſpantibus & oris convolutis dum marceſcunt. Spica anguſta eſt, utrinque acuta, in medio nonnihil ventricoſa, ex anguſtiſſimis glumis longis, piliſque frequentibus densè congeſta, quæ ſiccata argenteo aureoque mixtis coloribus nitet ſplendetque ſoli præſertim objecta, quatuor quandoque uncias longa, vix quadrantem unciæ lata quæ craſſior. Paucis fibris radicatur.

1183. Gramen Sparteum, Alopecuroides, ſpicâ ſericeâ *Barr. Icon. 13. n. 11.*

1184. Gramen Sparteum, Alopecurum, ſpicâ ſericeâ, grumosâ *Barr. Icon. 3. n. 1.*

1185. Gramen Sparteum, Alopecurum, ſpicâ ſericeâ, glumosâ, Typhinâ *Barr. Icon. 3. n. 11.* Gramen Avenaceum, montanum, lanuginoſum *C. B. Pin. 10.*

1186. Gramen ſpicatum, criſtatum, perenne, majus. Gramen Typhinum, Plantaginis ſpicâ glumosâ, digitatâ, heteromallon, majus *Barr. Icon. 27. n. 1*

Digitized by Google

E fibroſâ & multiplici, ac ſtupis velut implexâ radice fibroſâ & capillatâ culmi numeroſi ſurgunt geniculati pedales, & ad Typham uſque folioſi; Folia anguſta ſunt, quatuor uncias circiter longa, amplexicaulia & in caule duplo majora. In ſummo culmo ſpica Typhina, Plantaginea, anguſta, glabra, quatuor unciis quandoque longior, vix octavâ unciæ parte latior ſequenti ſimilis ordine & ſitu glumarum digitatarum, quæ huic majores, craſſiores, bicolores, id eſt, partim virentibus, partim palleſcentibus, ab imâ parte ſingulis glumis ad mediam maturitatem perductis pallidis, à mediâ ad extremam virentibus adhuc, quod in ſequenti non obſervavi. Circa Romanum Amphiteatrum quod Colyſæum vocant, in murorum crepidinibus, necnon ſupra antiquas ruinas in hortis Cœnobii Divi Petri ad vincula ad Auſtrum provenit.

1187. Gramen ſpicatum, criſtatum, annuum, minus. Gramen Typhinum, Plantaginis ſpicâ, glumoſâ, digitatâ, heteromallon, minus *Barr. Icon. 27. n. 11.* Annuum eſt cujus radix parva & fibroſa; folia anguſta vix duas uncias longa. Culmus ut plurimum ſingularis, lævis, glaber, capillaceus, pedalis, erectus, firmus, geniculatus, paucis veſtitus foliis, ab ultimo folio ad ſpicam uſque palmum ferè longus & nudus. Spica ut in ſuperiori è criſtatis glumis compoſita, ſed longè tenuior, exilior, tres uncias quandoque longa, non planè rotunda, ſpicæ ſpinâ in lateribus nudâ exiſtente confluentibus glumis & recto filo collectis in ſpicam. Harum glumarum quæ interiores geminæ & latiuſculæ & pallidæ in ſingulis utriculis duo ſemina oblonga, nec Milio longiora, ſed anguſtiora continent; quæ verò exteriores clypei modò ab injuriis externis tegentes, eæque non ſimplices, ſed uno brevique articulatæ pediculo multas in glumas anguſtiores, radiatas, palmæ modò digitatas, mucronatas, piliſque tenuibus hiſpidas, denſis ordinibus diſpoſitas dividuntur. In Campaniâ Romanâ viget.

1188. Gramen pratenſe, Alopecurum, ſericeâ paniculâ *Barr. Icon 11.* Folia profert anguſta, acuta, criſpantia, & alterna. Culmus in mollem, ſericeam, & vireſcentem, densè compactam, uncialis diametri, & palmi trientem quandoque longam paniculam definit ad latus inclinatam, nutantem, punctiſque ſubfuſcis variegatam. In aggeribus Sabinarum ad oſtia Tyberina ſiniſtrumque alveum Tyberis provenit.

1189. Gramen Typhinum, pratenſe, tuberoſum, ſpicâ aſperâ *Barr. Icon. 22. n. 11.* Gramen ſpicatum, ſpicâ cylindraceâ, craſſiori *Inſt. R. Herb. 520.* Ex bulbis corticoſis, foliiſque ad baſim latioribus, aliis aliis ſuper impoſitis rufeſcentibus & adnatis conſtat radix ejus, fibris tamen infra capillaribus, firmis, craſſiuſculis, triuncialibus nixa, è quibus alia craſſiuſcula, longior, alba, lævis & Gramini Canino ſimilis, ſed longè exilior & capillaris altiùs ſe demittit; è quâ aliarum fibrarum ejuſdem coloris & longitudinis faſciculus pendet. Bulboſo & multiplici à capite multa ſurgunt folia latiuſcula, biuncialia, in acutum deſinentia, & è foliis culmi minores palmo, geniculati, & erecti, tribus aut quatuor ad ſummum foliis veſtiti, quorum ſummo inſident ſpicæ Typhinæ ſingulares, vix unciâ longiores, ſæpè minores, è parvis conflatæ rigidis, duroque mucrone & incurvo deorſum hamato armatis, in utriculos digeſtis ſerie longâ glumis, quibus aſperior ſpica in ſulcos ſtriata à ſummo ad imum, duplici ſerie corniculatorum aculeorum diſtinguitur.

1190. Gramen Typhinum, arvenſe, radice tuberoſâ, ſpicâ aſperâ, longâ *Barr. Icon. 22. n. 1.* Radicibus carnoſioribus, bulboſis nullâque fibroſâ appendice capillatis à ſuperiori diſtinguitur. Culmi præterea ſupini & repandi, obliquè geniculati, & in cubiti formam articulati. Spica aſpera, ſeſcunciâ quandoque major & ſextante unciæ latior, denſioribus utriculorum & glumarum ordinibus ſtrobilorum Abietis modò imbricatim diſpoſitis ſtipatur. Porrò glumæ in ſummo latæ & velut tranſverſum in ſpicâ componuntur. Utrumque Romæ in ſiccioribus, & gramineis locis reperitur.

1191.

Digitized by Google

1191. Gramen Typhinum, ſupinum, tuberoſum, ſpicâ non aſperâ *Barr. Icon. 53.* Radice donatur multis veluti Allii capitibus corticoſis tumidâ fibroſâque, multis deorſum fibris capillatâ iiſque albicantibus. Foliis Triticeis, mollibus, latiuſculis & culmum amplexantibus. Culmis multis, ſupinis, nodoſis, geniculatis & variè contortis ſpicam Typhinam è foliorum alis emittentibus biuncialem, tortuoſam, firmam, non aſperam & erectam. In Agris Campaniæ Romanæ creſcit.

1192. Gramen Typhinum, ſupinum, Italicum, minus *Barr. Icon. 54.* Paucis, fibroſis & brevibus ex radicibus ex albo pallentibus multos tranſverſos ſupinos & geniculatos humi fundit culmos foliis latis & amplexicaulibus ſenſim anguſtioribus & in acutum deſinentibus, alternis veſtitos. Tota planta è cæſio viret, repanda & annua, è latioribus foliorum alis culmos in ſpicam unam aut alteram deſinentes edit, unciâ vix longiorem, & ſextâ unciæ parte craſſiorem, è tenuiſſimis denſiſſimiſque glumis albidis, acutis, mollibus, non aſperis compactam, quam unum aut alterum folium in exortu vaginæ modo latius complectitur geniculatum, mucronatum, firmum rigidumque. Semen inter glumas rufum & grani Triticei formâ. In Thuſciâ latè ſe ſpargit locis paludoſis, necnon Romæ in udis cænoſiſque locis juxta Tyberim viâ ad Pontem Milvium, vulgò *le Pont Molle.*

1193 Gramen Typhinum, maritimum, longius radicatum *Barr. Icon. 717.* Gramen Typhinum, maritimum, minus *Raii Hiſt. 1267.* Radice longâ & palmari, fibroſâ, molliuſculâ, capillaceâ & flaveſcenti altiùs ſe dimittente in latiuſculum ceſpitem, multis ſimul collectis & luxuriantibus ex ſemine deciduo enatis, humifunditur. Culmi ſinguli ternis quaterniſvè foliis ad baſim folliculoſis & tumidiuſculis ac amplexicaulibus, juxta radicem mollioribus & fragilioribus, latioribus, ſed ſenſim anguſtioribus, brevioribus vixque ſeſcunciâ aut unciâ longioribus quæ à culmo abſcedunt; villoſiſque cinguntur glabri nitentes, in ſummo tenuiſſimi, & tertiâ ferè ſui parte foliis nudi. Spicæ Phalari ſimiles, ſed anguſtiores, minus tumidæ & glumis longè minoribus imbricatim & pluribus veſtitæ. Ad oſtia Tyberina locis arenoſis & maritimis frequens.

1194. Gramen Typhinum, ſpicâ conoide, ſtriatâ, culmo violaceo *Barr. Icon. 21. n. 1.*

1195. Gramen Typhinum, Junceum, perenne *Barr. Icon. 21. n. 11.*

1196. Gramen Typhinum, longiſſimâ ſpicâ Phalaridis, molli, albicante *Barr. Icon 14. n. 1.*

1197. Gramen Typhinum, minori ſpicâ Phalaridis, duriore, ſubfuſcâ *Barr. Icon. 14 n. 11.*

1198. Gramen Typhinum, Paniceum, utriculatum, amplo utriculo *Barr. Icon. 28. n. 11.* Gramen ſpicatum, ſpicâ cylindraceâ, longiſſimâ *Inſt. R. Herb. 519.* Gramen Typhoides maximum, ſpicâ longiſſimâ *C. B. Prodr. 10.*

1199. Gramen Typhinum, Plantaginis ſpicâ, ariſtis geniculatis *Barr Icon. 699. n. 11.* Gramen ſpicatum, ſpicâ cylindraceâ, tenuiſſimâ, longiore *Inſt. R. Herb. 520.* Gramen cum caudâ muris purpuraſcente *I. B. 2 473. & Raii Hiſt. 1265.* Junio Romæ occurrebat Barr. eundo à Portâ majore ad Portam Piam.

1200. Gramen Typhinum, Phalaroides, majus, bulboſum, aquaticum *Barr. Icon. 700. n. 1.* E bulboſâ albâque radice craſſis fibris capillatâ bicubitalem, tortuoſum, geniculatum, nodis parte ſuperiore fuſcis, inferiore albicantibus calamum emittit foliaque in imo cubitalia, anguſta, erecta, duo aut tria aliaque ad ſummum uſque ſenſim breviora, lævia, & in ſummo ſpicam Alopecuroideam edit ſeu Typhinam, digitum craſſam, longam & mollem, nonnihil curvam & nutantem, virentem, quandoque rubentem, è multis parvis, latiuſculis Phalaridis glumis duplici lineâ viridique depictis & congeſtis conflatam, quas inter glumas ſingulis pedicellis binas Avenæ modo duo aut tria

longa & Triticea grana deliteſcunt. Maio menſe, denſo bulboſarum radicum ceſpite culmoque plurimo, numeroſas ſpicas emittebat mediis in aquis rivisque & foſſis per prata ductis, viâ inferiori quæ Oſtiam ducit, juxta Tyberim cum ſequenti reperiebat Barr.

1201. Gramen Typhinum, Phalaroides, minus, bulboſum, aquaticum *Barr. Icon. 700. n. II.* Radice eſt ſimiliter bulboſâ & albicante; foliis quàm in ſuperiori anguſtioribus, & Typhâ quæ etiam minus æqualiter compacta, nonnihilque magis divulſa, è tenuioribus anguſtioribuſque glumis & magis aculeatis compoſita, vix mediam digiti parvi craſſitudinem ſuperat, longitudine tamen paulò major.

1202. Gramen Typhinum, Phalaroides, piloſâ ſpicâ, aquaticum, bulboſum *Barr. Icon. 699. n. I.* Radix huic pariter alba, bulboſa tenuibuſque fibris capillata. Culmus ſeſquicubitalis, cum geniculis fuſcis, quinis foliis ſemipalmum longis, anguſtis, ſtriatis, arrectiſque inſtructus. Culmi ſummum obtinet Typha duas & amplius uncias longa, anguſta, vixque duas lineas lata, ex innumeris glumis exiguis & denſo ordine imbricatim compactis conſtans, ſubfuſcis, piloſis, ariſtiſque tenuiſſimis & mollibus ſtipata. Stamina alba viridem Typham denſo ordine cingunt. Iiſdem locis ac ſuperior.

1203. Gramen Typhinum, Phalaroides, arvenſe, bulboſâ radice *Barr. Icon. 10.* Bulbis eſt minoribus, magis compreſſis quàm in ſuperioribus, bulbis aliis ſuper aliis impoſitis, ut in *Gladiolo* aut *Gramine nodoſo Avenaceo.* Culmis geniculatis ad nodos partim fuſcis & partim nigris. Spicâ oblongâ, craſsâ, firmâ. Romæ ſupra & circa muros ſuburbiorum viâ ad Oſtia Tyberina, Maio Typha ejus ſtaminibus pallidis erat onuſta.

1204. Gramen Phalaroides, verius, bulboſâ radice *Barr. Icon. 9. n. II.* Gramen ſpicatum, perenne, ſemine Miliaceo, tuberoſâ radice *Inſt. R. Herb. 519.* Phalaris bulboſa, ſemine albo *Park. Theat. 1163. Raii Hiſt. 1249.*

1205. Gramen Crucis, ſeu Cruciatum, tetradactylon *Barr. Icon. 753. n. I.* Gramen dactylon, radice repente, ſive Officinarum *Inſt. R. Herb. 520.* Gramen legitimum *Cluſ. Hiſt. ccxvij. Raii Hiſt. 1271.*

1206. Gramen dactylon, ſpicatum, ariſtis geniculatis *Barr. Icon. 753. n. II.* Gramen dactylon, anguſtifolium, ſpicis villoſis *C. B. Pin. 8. Raii Hiſt. 1273.*

1207. Gramen Caninum, pratenſe, paniculatum, glumis Aſparagi foliis ſimilibus, mucronatis, ſylveſtre *Barr. Icon. 364.*

1208. Gramen Miliaceum, majus, nutante paniculâ, Arundinaceum *Barr. Icon. 754.* Gramen ſegetum, paniculâ Arundinaceâ *C. B. Pin. 3.*

1209. Gramen Miliaceum, aquaticum, Bryzæ locuſtis, ſemine rufo *Barr. Icon. 7.* Gramen paniculatum, aquaticum, fluitans *Inſt. R. Herb. 521.* Gramen fluviatile *Tabern. Icon. 216.* 7. Spec. *Raii Hiſt. 1281.*

1210. Gramen Miliari paniculâ, minus *Barr. Icon. 704.* Exile & humile eſt, vix ſemipalmo majus & ad margines arvorum & itinerum frequens. Ex radice tenui, fibroſâ, pallidâ, brevi multos emittit culmos brevibus foliis comoſos mollibus & paleaceis. E culmorum ſummo folioſâque & latiuſculâ è vaginâ erumpit Miliacea panicula nonnihil ſparſa & aſſurgens, denſis locuſtis & aceroſis glumis exilioribus planè & ſurrectis ſtipata paleaceis. Inter glumas haſce Avenaceas & exiles deliteſcit ſemen tenue admodum, Avenaceum & ſubfuſcum. Piloſa eſt & aceroſa panicula; ariſtarum tenuitas pictoris oculos fugerat, qui eas non expreſſit.

1211. Gramen paniculatum, proliferum *Inſt. R. Herb. 523.* Gramen arvenſe, paniculâ criſpâ pallidâ, ſeu majus *Barr. Icon. 703. n. II.* Gramen murale, Junceum, minus, Allii radicibus, paniculâ Ianthinâ, non criſpâ *ejuſd. Icon. 272.* Gramen arvenſe, paniculâ criſpâ, Ianthinâ, folio geniculato, minus *ejuſd. Icon. 703. n. I.* Tres iſtæ Icones Barr. exprimunt luſum *Graminis arvenſis, paniculâ criſpâ C. B. Prodr. 6.* Circa Romam has variationes obſervavit Barr.

1212.

Digitized by Google

1212. Gramen arvenſe, Filicinâ duriori paniculâ, gracilius *Barr. Icon.* 49. Gramen exile, duriuſculum, in muris & aridis proveniens *Raii Synopſ.* 269.

1213. Gramen arvenſe, Polypodii paniculâ craſſiore *Barr. Icon.* 50.

1214. Gramen Eranthemum, ſupinum, congeſtâ Bryzæ paniculâ *Barr. Icon.* 744. Gramen paniculis elegantiſſimis, ſive ἐραγρωστις, majus *C. B. Pin.* 2.

1215. Gramen Eranthemum, ſeu ἐραγρωστις, Phalaroides, paniculatum, multiplici & tenui Bryzæ ſpicâ *Barr. Icon.* 43. Prioris varietas.

1216. Gramen Eranthemum, paluſtre, tenui & ſparsâ Bryzæ paniculâ *Barr. Icon.* 743. Radix huic brevis & fibrillis plurimis criſpis, contortis & ſubflavis capillata: folia longa, ſtriata & mollia. Panicula laxior brevioribus, craſſioribus & turbinatis onerata locuſtis, quæ locuſtæ majores fiunt, quò altiùs procedunt. Ad Tyberis ripas humidiores reperitur.

1217. Gramen Phalaroides, ſparsâ Bryzæ paniculâ, minus *Barr. Icon.* 44. *n.* 11. Gramen paniculis elegantiſſimis, minimum *Inſt. R. Herb.* 522. Radicibus conſtat albidis fibroſis & longiuſculis. Folia ejus præanguſta, è cæſio virentia & pauca. Culmi plures ſurrecti, geniculati, raris nodis & foliis diſtincti, quorum ſumma abeunt in latam & tenuem paniculam laxius ſparſis rarioribuſque ſpicis parvis anguſtioribus comatam: ſingulæ ſpicæ è glumis longâ, ſed laxâ ſerie componuntur è fuſco rubentes, ſemunciam longæ & lineâ vix latiores, ac inæqualiter ſparſæ. Cum primùm erumpit panicula denſa, fulta, nigra & Arundinacea apparet, quæ matura latè ſe explicat, calveſcit caneſcitque deciduis glumis. Puſillum aridis incultiſque locis Campaniæ Romanæ delectatur, præſertim juxta Tyberim ſupra Monaſterium Mallianum.

1218. Gramen Phalaroides, ſparsâ paniculâ, minimum, anguſtifolium *Barr. Icon.* 44. *n.* 1. Gramen paniculatum, locuſtis parvis, purpuro-argenteis, annuum *Raii Hiſt.* 522. In Italiâ, & juxta Romam ac alibi frequens.

1219. Gramen tremulum ſeu Phalaroides, minus, latâ, ſparsâ paniculâ *Barr. Icon.* 16. Gramen tremulum, majus *C. Pin.* 2. *Raii Hiſt.* 1274.

1220. Gramen Phalaroides, majus, ferrugineâ nutante paniculâ *Barr. Icon.* 15. *n.* 1. Gramen paniculatum, locuſtis maximis, phœniceis, tremulis *Inſt. R. Herb.* 523.

1221. Gramen tremulum ſeu Phalaroides, majus, erectâ paniculâ, rufum *Barr. Icon.* 23. *n.* 1. Palmare & annuum eſt; locuſtis erectis à ſuperiori diſcrepans.

1222. Gramen tremulum ſeu Phalaroides, majus, erectâ paniculâ, citrinum *Barr. Icon.* 23. *n.* 11. Prioris varietas. In Italiâ, circa Romam, in aridis ſcilicet Montis Marii has variationes obſervavit Barr.

1223. Gramen Phalaroides, minus, erectâ collectâque paniculâ *Barr. Icon.* 15. *n.* 11. E tenui fibroſâque radice lævis, tenuis & cæſio è colore virens ſurgit culmus raris anguſtiſque foliis cinctus, pedalis, cujus ſummum in tenuia filamenta ramoſa juxta calamum erecta, ſpicatamque paniculam exhibentia, dividitur. Tota panicula ſemipalmaris locuſtis inæqualibus è luteo pallentibus, imo & albentibus (quarum interdum glumæ fiunt ſubfuſcæ) & abſque ordine poſitis conſtat. In Montibus Æquicolorum, præſertim *Guadgnolo*, necnon in Germaniæ editioribus locis & Tarviſio tractu.

1224. Gramen Phalaroides, majus, aceroſâ, erectâ, parvâ paniculâ *Barr. Icon.* 9. *n.* 1. Calamus huic pedalis tenuibus rariſque foliis frondoſus, per intermedia è fuſco rubens; apicem ejus comant tres, quatuor vel quinque ſpicæ unciam ferè longæ, arrectæ & ariſtis erectis ſtipatæ, brevi tenuique filamento innixæ. Semen illi gracile breve, ſulcatum & fuſcum. In Æquicolorum Montibus occurrit.

1225. Gramen Phalaroides, majus, aceroſum, nutante ſpicâ *Barr. Icon.* 24. *n.* 1. Gramen Avenaceum, locuſtis amplioribus, candicantibus, glabris &

Digitized by Google

& ariſtatis *Inſt. R. Herb. 525.* Fibroſâ Cerealique nititur radice; culmis nodoſis & contortis, ſeu geniculatis, nodis nigricantibus, qui anguſtis brevibuſque foliis per intervalla cinguntur, & in quorum ſummo ſurgit panicula è ſeptenis locuſtis conſtans, quas longa tenuiſſimaque filamenta fulciunt, unciam vix longas, quartam unciæ partem latas, ex glumis albicantibus duplici ſerie imbricatim poſitis & ariſtatis compoſitas & ad latus inflexas. In Monte *Guadagnolo* non longè ab Æde B. Virgini dicatâ vulgò *Mentorella* ad Meridiem provenit. Necnon paſſim per Galliam.

1226. Gramen Phalaroides, minus, erectâ ſpicâ, obliquis ariſtis *Barr. Icon. 24. n. II.* Huic locuſtæ minores, erectæ, breviores, vix enim dodrantem unciæ longæ, duabus lineis latiores, ariſtis tamen longis & obliquis ſtipatæ. Iiſdem locis ac ſuperior reperitur.

1227. Gramen Phalaroides, ſparsâ & nutante Bryzæ paniculâ, obliquis ariſtis, minus *Barr. Icon. 84.* Annuum eſt pedale & quandoque cubitale, cujus folia ſemipalmum longa, anguſta & hirſuta; panicula latè ſe ſpargit nutatque: locuſtæ verò binæ aut tres è longis & alternis pediculis capillaribus per intervalla exoriuntur & inæqualiter propendent, anguſtæ, hirſutæ & ariſtis obliquis oblongiſque munitæ. Frequens ad ripam Tyberis, infra Pontem Milvium, juxta Arundineta, ſeſquimilliari ab urbe Româ.

1228. Gramen Avenaceum, ſpicis villoſis, anguſtis, candicantibus & ariſtatis *Inſt. R. Herb. 526.* Feſtuca Graminea, hirſutis Bryzæ glumis compactior *Barr. Icon. 83. n. I.* Feſtuca Graminea, glumis non hirſutis, erectior *ejuſd. Icon. 75. n. I.*

1229. Gramen Avenaceum, utriculis lanugine flaveſcentibus *Inſt. R. Herb. 525.* Feſtuca dumetorum, utriculis lanugine flaveſcentibus *Barr. Icon. 75. n. II.* Romæ circa muros creſcit.

1230. Gramen Avenaceum, longâ erectâque paniculâ violaceâ *Barr. Icon. 96. n. I.*

1231. Gramen Avenaceum, tenui ſpicatâque paniculâ, albis utriculis *Barr. Icon. 96. n. II.*

1232. Gramen Avenaceum, latifolium, minus, ſparsâ paniculâ *Barr. Icon. 95. n. II.* Gramen Avenaceum, nemorenſe, glumis rarioribus, ex fuſco xerampelinis, noſtras *Raii Hiſt. 1289.*

1233. Gramen Avenaceum, anguſtifolium, paniculâ pyramidali *Barr. Icon. 95. n. I.* Radice potitur perenni, ceſpitoſâ, fibroſâ, nodoſâ, ſiccis, fuſcis, longis tenuibuſque fibrillis capillatâ & inter lapidum commiſſuras ita immerſâ, ut vix evelli poſſit. Ex ejus capitibus multa prodeunt folia Juncea, tenuia, equinis ſetis vix craſſiora, lætè virentia, acuta erecta, rigida, aſpera ſcabraque (ſi ab imo ſurſum manum ducas) medioque palmo vix longiora; ex quorum vaginis emergunt tenues, Juncei pariter culmi erecti, ſeſquipalmum quandoque longi, interdum palmo minores, erecti & firmi, qui abeunt in paniculam pyramidatam, palmi dodrantem longam, è quinque vel ſex ramorum ordinibus compoſitam. E ſingulis filamentis ſeu ramis ab exortu eodem binis ut plurimum, pendent tres aut quatuor locuſtæ Avenaceæ, albeſcentes, glumoſæ, tenues, pellucidæ, geminis glumis tenue oblongumque granum rufum, nitens utrinque acutum complectentes. Romæ inter Portam Divi Laurentii & Piam, in muris ad Septentrionem verſis oritur.

1234. Gramen Sparteum, Bromoides, brevioribus utriculis, nutante paniculâ *Barr. Icon. 17. n. ij.* Ceſpitoſum perenneque eſt longis & palmaribus innixum radicibus fibroſis, cirroſis & altè ſe demittentibus. Folia profert longa, anguſta, ſcabra, ſurrecta, firma, acuta, capillacea & caulem tubuli modo cingentia. Culmus geniculatus obliquè primùm inclinatus, dein repandus ſurgit glaber, lævis, bicubitalis, in oblongam ſpicam deſinens ad latus nutantem, Avenaceam, glumis brevibus, divaricatis & rubeſcentibus, inter quæ ſemina latent. Tota planta aſpera eſt, ſicca & exſucca. Ad margines latioris viæ Montis Marii occurrit.

1235.

Digitized by Google

1235. Gramen Sparteum, Bromoides, longioribus & erectis utriculis *Barr. Icon. 17. n. 1.* Seſquicubitali donatur culmo lævi, cæſio, rotundo, firmo; foliis anguſtis & quaſi Junceis; aſperis, ad ſummam uſque paniculam ferè aſſurgentibus: panicula ejus ſemipedalis ferè, per lata & ſeſmuncialia intervalla tenuiſſimis conſtans filamentis, quinis aut ſenis inæqualis longitudinis, capillatis, bifidis, uno ab exortu alternoque ſitu ortis, quorum in vertice bini ſingularibus pedicellis eriguntur Avenacei oblongique utriculi ſpicæ in modum è quatuor aut quinque glumis anguſtis, acutis, aceroſis ſeu quas ariſtæ longiuſculæ tenues & ſurrectæ involvunt, compoſiti, inter quas ſemen oblongum & Avenaceum, per latera compreſſum delitеſcit. In Montibus Æquicolorum collegit Barr.

1236. Gramen Sparteum, Bromoides; paniculâ ſpicatâ, majoribus utriculis *Barr. Icon. 18. n. 1.* Gramen Arundinaceum, paniculâ molli, ſpadiceâ, majus *C. B. Pin. 7. Raii Hiſt. 1287. & Scheuch. Agroſtograph. Prodr 21.* In Monte Mario, necnon juxta Aquam Traverſam, itinere Viterbienſi obſervabat Barr. Sparſim per Galliam, & in agro Pariſienſi provenit.

1237. Gramen Sparteum, Feſtuceum, ſeu Ægylops Spartea, villoſa *Barr. Icon. 18. n. 11.* Ceſpitoſum & perenne eſt, cujus radix craſſa, alba & fibroſa. Culmi ex ejus capitibus Allii modo tumidis, foliaque anguſta, longa, villoſa, aſpera, carinata, læte virentia, emittentibus, oriuntur læves, nodoſi, ad genicula rubentes, & rotundi, tres aut quatuor pedes longi; ſurrecti, quorum faſtigium panicula comat Avenacea, ſemipalmaris, è latioris folii ſpathâ, ſeu veſicâ erumpens, & ut in *ſparto Cluſii.* Quævis locuſtæ prælongis & tenuiſſimis articulatæ pediculis nonnihil nutant; ſingulæ è baſi nodoſâ hirſutâ & albicante in duas anguſtas, oblongas glumas exteriores è fuſco rubentes, craſſiuſculas, duaſque alias interiores, tenuiores & albeſcentes, ariſtis munitas, ſe explicant, granumque ſubhirſutum, longum, Secalinum, ſed tenuiùs complectuntur prælongâ & contortâ (ut Avenaceis) ariſtâ armatum, ſinguliſque in locuſtis unicum. In Monte Mario occurrit.

1238. Gramen Avenaceum, paniculâ erectâ, majus. Bromos ſterilis, erectâ paniculâ, major *Barr. Icon. 76. n. 1.*

1239. Gramen Bromoides, Feſtuceâ tenuique paniculâ, minùs *Barr. Icon. 76. n. 11.*

1240. Gramen Feſtuceum, Myurum, minori ſpica heteromallâ *Barr. Icon. 99. n. 1.* Gramen murorum ſpicâ longiſſimâ *Ger. Emac. 29.* Romæ frequens ſupra veteres parietes viâ Flaminiâ & Appiâ.

1241. Gramen Feſtuceum, Myurum, elatius, ſpicâ heteromallâ, gracili *Barr. Icon. 99. n. 11.* Annuum eſt pariter ac ſuperius, nec ab eo diſcrepans, niſi magnitudine & ſpicis nonnihil gracilioribus. Iiſdem locis ac ſuperius.

1242. Gramen exile, Junceum, mollius, Feſtuceâ paniculâ, radice ruſâ *Barr. Icon. 100.* Nec hujus, nec ſequentium deſcriptiones invenimus.

1243. Gramen Avenaceum, Arundinis facie. Calamagroſtis Naſtoides, Avenaceâ paniculâ *Barr. Icon. 363.*

1244. Gramen paniculatum, latifolium *Barr. Icon. 1307.* quid?

1245. Gramen paniculatum, anguſtifolium *Barr. Icon. 1308.* quid?

1246. Scirpus maritimus, capite glomerato *Inſt. R. Herb. 528.* Juncus maritimus, ſpicâ ſubrotundâ, glumoſâ *Barr. Icon. 203. n. 1.* Gramen Cyperoides, maritimum *C. B. Pin. 6. Raii Hiſt. 1298.* Inter carіcta littoris Oſtienſis invenitur.

1247. Scirpus maritimus, minor, graciliore ſpicâ. Juncus maritimus, minor, graciliore ſpicâ *Barr. Icon. 256. n. 11.* Superiori congener, ſed exilior. Ceſpitoſa eſt planta multis fibroſis, nigris & longis duriſque & lignoſis conſtans radicibus, quas ad palmum uſque demittit humi pluribus foliis &

Digitized by Google

capitibus luxurians. Folia infra terram baſi ſunt latiore & ſibi invicem incumbentia, exteriora nigra & nitentia, interiora ſpadicei coloris & ſtriata, dum è terrâ ſeu è vaginâ erumpunt, contracta in rotundum, tenuem, glabrum, lævemque Scirpum obſcurè virentem, vix filo craſſiorem, pedalem quandoque, acutum, ſed non pungentem. Inter hæc denſa folia exeunt culmi aliquot, foliis breviores nec craſſiores, qui deſinunt in ſpicam glumoſam, vix quartâ unciæ parte longam, ſextâ latam, ſubfuſcam, è duorum foliorum ſinu latiuſculorum & inæqualium (majus enim vix ſemunciale, alterum verò multò minùs) emergentem. In Inſulâ ad Oſtium Tyberis poſitâ creſcit.

1148. Scirpus minor, glumoſâ, parvâ fuſcâque ſpicâ. Juncus maritimus, minor, glumoſâ & parvâ fuſcâque Phalaridis ſpicâ *Barr. Icon. 256. n. I.* Gramen Junceum, foliis & ſpicâ Junci, minus *C. B. Pin. 6.*

1149. Scirpus capitulo ſingulari, radice tomentoſâ. Juncus minor, globoſo ſingulari capitulo, radice tomentoſâ *Barr. Icon. 255. n. III.* Fibroſas, craſſiores, carnoſas longaſque & tomento pubentes habet radices Junci, in unum caput coeuntes, unde plura confertim emergunt foliola, in exortu parva, & tres uncias longa, anguſta acutaque: è quorum medio Scirpi rotundi, nudi, Juncei, læves palmareſque ſurgunt, qui tribus circiter unciis infra ſuum cacumen globulares pilulas verrucoſas, inæquales, rufas, *Hederæ* baccâ paulò minores, ſingulares è latere edit è pluribus aliis minoribus rotundis globulis densè compactas, Rubi inſtar, & tenui ſemine ac pulverulento refertas. Tota planta cæſii eſt coloris, firma & erecta. In locis humidis & paludoſis Campaniæ Romanæ reperitur.

1150. Scirpus omnium minimus, capitulo breviore *Inſt. R. Herb. 528.* Juncus Gramineus, minimus, capillari folio, capite ſquamoſo *Barr. Icon. 118. n. II.* Juncellus inutilis *C. B. Pin. 12.*

1151. Scirpoides ſpicâ, laxâ, locuſtis longioribus acutis. Gramen Spartem, Cyperoides, echinatâ ſpicâ, nemorum, majus *Barr. Icon. 19.* Gramen nemorum, ſpicâ rufeſcente, molli *C. B. Pin. 7.* Gramen ſylvaticum, ſive nemorum *Tabern. Icon. 226.* Denſo ſpiſſoque è ceſpite plurimis fibris fuſcis longis, tenuioribus & brevioribus veluti capillato multa confertaque folia profert tres quandoque palmos longa, anguſta, ſtriata & anguloſa, inter quæ multi ſurgunt cauliculi tenues, anguloſi, quadrangulares quandoque, ſed ut plurimum triangulares & tricubitales, læves & glabri, ſi ab imo ad ſummum manus ducaturècontra ſcabros & aſperos, ſi manum aliter referas, quod pariter in foliis obſervatur. Spica parva eſt, vix unciam longa, echinata & divulſa, è duris, rigidis & acutis ſquamoſiſque utriculis Tribuli conflata capita æmulantibus & ſingularia grana Miliacea, pellucida & rufa continentibus.

1152. Scirpoides ſpicâ laxâ minus. Gramen Cyperoides, echinatâ & rarâ ſpicâ, nemorum, minus *Barr. Icon. 20. n. II.* Gramen Cyperoides, ſpicatum, minus, ſpicâ longâ, divulsâ ſeu interruptâ *Raii Hiſt. 1297.*

1153. Scirpoides ſpicâ laxâ, locuſtis acutis, medium. Gramen Cyperoides, paluſtre, echinatâ ſpicâ, medium *Barr. Icon. 20. n. III.*

1154. Scirpoides repens, grumoſâ & echinatâ ſpicâ. Juncus repens, grumoſâ & echinatâ ſpicâ *Barr. Icon. 114. n. II.* Gramen Cyperoides, paluſtre, majus, ſpicâ compactâ *C. B. Pin. 6.*

Scirpoides à Scirpo caulibus triangularibus & capitulis ſquamoſis per caulem ſparſis diſtinguitur, à Cyperoide verò quòd ſpicis ſterilibus careat.

1155. Cyperoides ſpicâ pendulâ, longiore & anguſtiore *Inſt. R. Herb. 529.* Gramen Cyperoides, latifolium, Typhâ pendulâ, longiore *Barr. Icon. 45.* Gramen

Gramen Cyperoides, ſpicâ pendulâ, longiore & anguſtiore *C. B. 1 in. Prodr. 13.*

1256. Cyperoides latifolium, minus. Gramen Cyperoides, Typhinum, latifolium, minus *Barr. Icon. 1.* Ceſpitoſa eſt planta multis abs radice capitibus & ſurculis luxurians. Radix fibroſa, multiplex, ſingulis ejus capitibus altè demiſſis, gilvofuſca, ſubrubens, & tortuoſa: Folia lata, triangularia & carinata intus, foris pluribus lineis ſtriata ſecundùm longitudinem & concava, utroque folii latere intus compreſſo, palmo ſæpè longiora, acuta & vix quatuor lineas, ſi explicentur, ſeu trientem unciæ lata, deorſum arcuata & inflexa, imbricatim ex radice in caulem triangularem pedalemque ſurgentia & Cyperi foliis ſimilia. Ex eorum medio caulis ſurgit triangularis quidem, ſed obtuſis angulis, in cujus ſummo vertice inſidet ſpica Typhina fuſca, teres, anguſta & in acutum deſinens, vix unciâ longior, ex pluribus exiguis glumis imbricatim ſibi incumbentibus, appreſſis & ſurrectis conſtans; duæ aliæ utplurimum è lateribus, alterno ſitu cauli appreſſæ & ſurrectæ adnaſcuntur, ſed breviores, graciliores & è fuſco nigricantes. Differt à 1°. & 2°. *Gramine Cyperoide Bauh. Pin.* foliis latioribus & Typhis brevioribus. Ad ripam Oſtii dextri Tyberis invenit Barr.

1257. Cyperoides latifolium, Typhâ erectâ, minus. Gramen Cyperoides, latifolium, Typhâ erectâ, minus *Barr. Icon. 113. n. 1.* Radicibus nititur pariter ceſpitoſis & fibroſis, ſed craſſioribus, magis criſpis, minuſque villoſis & fuſcis, è quarum capitibus Allii modo turgidulis & nigris multa congeſtaque folia lata, ſed anguſtiora duplò & quadruplò quàm in ſuperiori, rigida, glabra, lævia, anguloſa, Cyperoidea ſurſum aſſurgunt ſeſquipedem & ampliùs longa & lætè virentia. Caules tenues, longi, triangulares, graciles pro longitudine bicubitali, foliis ferè nudi, quibus tamen tres aut quatuor hærent ad ſummum ſpicæ unciam vix longæ, lata per intervalla, ex foliorum alis erumpentes (præter ſpicas molles, ſteriles & ſubfuſcas nullis fultas foliis, & ſummum caulis occupantes) aſperæ & multis è triquetris, rotundis, mucronatiſque glumis è nigro rubeſcentibus denſâ ſerie compactæ & ſurrectæ. Inter glumas grana reconduntur triquetra, Milio paulò majora, lucida & è rufo fuſca. In Montibus Æquicolorum locis umbroſis eruebat Barr.

1258. Cyperoides anguſtifolium, Typhâ nutante, minus. Gramen Cyperoides, anguſtifolium, Typhâ nutante, minus *Barr. Icon. 113. n. ij.* E radice ceſpitoſâ, fibroſâ, è fuſco rufâ capita exeunt multis foliis cubitalibus & anguſtioribus multò quàm in ſuperiori, ac convolutis compacta, ex quibus caules ſurgunt ſeſquicubitales, tenuiores, infirmi, ſpicis parvis, raris, Typhinis & brevioribus quàm in ſuprà deſcripto, ſubrubeſcentibus & nutantibus onuſti. In ſylvis Æquicolorum invenit Barr.

1259. Linagnoſtis paniculâ minore *Inſt. R. Herb. App. 664.* Gramen pratenſe, Junceum, nutante, amplâ, ſparsâ & bombycinâ paniculâ *Barr. Icon. 12.* In paludoſis Italiæ & Galliæ frequens eſt. Uſum vide in Hiſt. Raii 1306. & 1307.

1260. Cynocrambe Alſinefolia *Barr. Icon. 335.* Cynocrambe Dioſcoridis *C. B. Prodr. 59. Cor. Inſt. R. Herb. 52.*

1261. Salicornia geniculata, annua *Cor. Inſt. R. Herb. 51.* Kali geniculatum *Barr. Icon. 192.* Kali geniculatum, annuum *C. B. Pin. 289. & Raii Hiſt. 211. Le Salicor.*

Digitized by Google

1262. Filix baccifera Cornuti *Barr. Icon. 1120. & Corn. 5.*

1263. Lonchitis mas ſeu latifolia, aſpera, minor *Barr. Icon. 1121.* Lonchitis aſpera *C. B. Pin. 359. La Lonkite.*

1264. Polypodium majus, ſerrato folio *Barr. Icon. 38.*

1265. Polypodium majus, acuto folio, Viterbienſe *Barr. Icon. 1110. Bocc. Muſ. part. 2. 60. Tab. 47. & 48. Le Polypode.* A vulgari Polypodio differre non videtur.

1266. Polypodium majus, acutioribus foliis, Cordubenſe *Barr. Icon. 1111.* Polypodium minus, acutioribus foliis, Cordubenſe *Bocc. Muſ. part. 2. 59. Tab. 46.* Polypodii vires vide in Hiſt. Raii 137.

1267. Filicula fontana, major ſive Adiantum album, Filicis folio *C. B. Pin. 358.* Adiantum Filicinum, aquaticum, mollius, minimum *Barr. Icon. 432. n. 2.*

1268. Filicula ſaxatilis, pinnulis brevioribus, acutis *Inſt. R. Herb. 542.* Adiantum Filicinum, durius, criſpum, minimum *Barr. Icon. 432. n. 1.*

1269. Adiantum ſtellatum, Canadenſe, Polypodii radice *Barr. Icon. 1206.* Adiantum Americanum *Corn. 7. & Raii Hiſt. 148. & 149. Capillaire de Canada.*

1270. Adiantum Filicinum, leptophyllum, elatius, Hiſpanicum *Barr. Icon. 431.* Adiantum minimum, folio vario *Elem. Bot. 433. H. R. Monſp. & Inſt. R. Herb. 543.*

1271. Aſplenium ſive Ceterach *I. B. 3. 749. Raii Hiſt. 139.* Ceterach officinarum vulgare ſeu Aſplenium Mathioli *Barr. Icon. 1051. & 1042. Le Ceterac ordinaire.*

1272. Aſplenium vulgare, majus. Ceterach officinarum, majus, ſeu Aſplenium majus *Barr. Icon. 1044.* A vulgari diſcrepat, quòd majus ſit & procerius.

1273. Aſplenium minus. Ceterach officinarum, minus ſeu Aſplenium minus *Barr. Icon. 1052.* Folia huic longè minora, pinnulæque breviores, denſiores & ſibi invicem imbricatim poſitæ atque rotundiores.

1274. Aſplenium criſpum, ſubrotundis dentatiſque foliorum alis *Barr. Icon. 603.* Denſioribus luxuriat foliis, quorum pinnulæ latiores, magis ſinuoſæ, dentatæ & veluti criſpæ ſibi invicem imbricatim incumbunt, quod pictor non ſatis accuratè expreſſit.

1275. Aſplenium majus, oblongis, ſerratis foliorum alis *Barr. Icon. 604.* Nec minori foliorum numero luxuriat iſtud cujus pinnulæ longiores, anguſtiores, acutiores & ad Lonchitidis pinnulas accedunt, per oras ſinuatæ, & læviter ſerratæ. Has quinque vel ſex varietates in horto coluit, & inter ſaxa Montium Latii, circa Ananiam invenit Barr.

1276. Aſplenium ramoſum *Inſt. R. Herb. 544.* Lonchitis mollior, lanuginoſa, Ceterach facie *Barr. Icon. 858.* Lonchitis mollior, lanuginoſa, Ceterach facie, minor, Hiſpanica *Ejuſd. Icon. 857.* Lonchitis folio Ceterach *C. B. Pin. 359.* Vires Aſplenii vide in Hiſt. Raii 139.

Digitized by Google

1277. Oſmunda Hiſpanica, minor. Filix florida, minor, Hiſpanica *Barr. Icon. 37. Bocc. Muſ. part. 2. 61. Tab. 50. Oſmundæ paluſtris* faciem habet, ſed minor & pumila tenuibus & infirmis in virgultis humifuſis & contortis pinnulas raras & ſibi oppoſitas alatim proferens, glabra & palmaris planta è ceſpitoſâ radice fibroſâque ſex aut ſeptem humifuſa emittens folia. Juxta Cordubam, in profundâ humidâque viâ exeſis & ſudantibus rupibus excavatâ, ad ſiniſtrum, ſtatim atque è pratis itur verſus colles deſerti Carthuſiæ à Portâ cœli, creſcit.

1278. Oſmunda foliis lunatis *Inſt. R. Herb. 547.* Lunaria botrytes *Barr. Icon. 252. n. 111.* Lunaria racemoſa, minor, vel vulgaris *C. B. Pin. 354. Raii Hiſt. 127.*

1279. Ophiogloſſum latifolium, vulgare *Barr. Icon. 252. n. 1.* Ophiogloſſum vulgatum *C. B. Pin. 354. & Raii Hiſt. 126. La Langue de ſerpent, ou l'Herbe ſans couture.*

1280. Ophiogloſſum anguſtifolium, minimum *Barr. Icon. 252. n. 11.*

1281. Lichen Pulmonarius, ſaxatilis, digitatus, major, cinereus *Inſt. R. Herb 549.* Muſcus Pulmonarius, Fungoides *Barr. Icon. 1278. n. 1.* Lichen terreſtris, cinereus *Raii Hiſt. 117.*

1282. Lichen Pulmonarius, cinereus, mollior, in amplas lacinias diviſus *Inſt. R. Herb. 549.* Muſcus digitatus *Barr. Icon. 1278. n. IV.*

1283. Lichen Pulmonarius, ſaxatilis, cinereus, minor, umbilicis nigricantibus *Inſt. R. Herb. 549.* Muſcus criſtatus *Barr. Icon. 1278. n 111.*

1284. Lichen pyxidatus, prolifer *Inſt. R. Herb. 549.* Muſcus pyxioides *Barr. Icon. 1278. n. 11.*

1285. Lichen cinereus, cornua Damæ referens *Inſt. R. Herb. 645.* Muſcus Alcicornis *Barr. Icon. 1277. n. 111.*

1286. Lichen tubulatus, cinereus *Inſt. R. Herb. 549.* Muſcus fiſtuloſus, corniculatus *Barr. Icon. 1277. n. 1.*

1287. Lichen cinereus, vulgaris, capillaceo folio, minor *Inſt. R. Herb. 550.* Muſcus Fœniculaceus *Barr. Icon. 1277. n. IV.* Muſcus arboreus, cum orbiculis *C. B. Pin. 361.*

1288. Muſcus capillaceus, major, pediculo & capitulo craſſioribus *Inſt. R. Herb. 550.* Polytricum aureum, majus *Barr. Icon. 251. n. 111. C. B. Pin. 356. & Raii Hiſt. 123.*

1289. Fungus ceſpitoſus, ramoſus, umbellatus, major, pallidè luteus *Barr. Icon. 1269.*

1290. Fungus ceſpitoſus, ramoſus, umbellatus, minor, albus *Barr. Icon. 1270.* Utriuſque deſcriptiones deſunt.

1291. Boletus cancellatus, purpureus *Inſt. R. Herb. 561.* Fungus Coralloides, cancellatus, purpureus *Barr. Icon. 1263. Cluſ. Hiſt. App. alt. auct. La Morille rouge.* Icon. Barr. ex Cluſio l. c.

1292. Boletus cancellatus, flaveſcens *Inſt. R. Herb. 561.* Fungus Coralloi-

des, cancellatus, flaveſcens *Barr. Icon. 1265.* Lupi crepitus, vulgò Veſcia *Col. part. 1. 336. Morille jaune.* Icon. Barr. ex Fabio columnâ l. c.

1293. Boletus Phalloides, Gallus. Fungus Phalloides, Gallus *Barr. Icon. 1264.* xxiij. generis Fungorum pernicioſorum ſpecies Vª *Cluſ. Hiſt. cclxxxvj.*

1294. Boletus Phalloides, Batavus. Fungus Phalloides, Batavus *Barr. Icon. 1258.* Phallus Adriani Junii *Cluſ. Hiſt. ccxcv.* Utraque Icon. Barr. ex Cluſ. l. c.

1295. Agaricus præcox, albo-gilvus, criſtatus *Inſt. R. Herb. 562.* Fungus palmatus *Barr. Icon. 1267.* Fungus palmatus, albo-gilvus, criſtatus *Bocc. Muſ. part. 1. Tab. 302.*

1296. Agaricus major, dendroides, criſtatus *Inſt. R. Herb. 562.* Fungus foliatus, major, carnoſior, dendroides, criſtatus *Barr. Icon. 1268. Bocc. Muſ. part. 1. Tab. 302.*

1297. Agaricus dendroides, criſtatus, medius. Fungus ramoſus, criſtatus, medius *Barr. Icon. 1271.*

1298. Agaricus major, dendroides, multifidus *Inſt. R. Herb. 562.* Fungus ramoſus, criſtatus, anguſtioribus lobis & criſpis *Barr. Icon. 1272. Bocc. Muſ. part. 1. 304.*

1299. Coralloides Abietina, nivea, procerior *Inſt. R. Herb. 564.* Fungus ramoſus, Abietinus, niveus *Barr. Icon. 1257. Bocc. Muſ. part. 1. Tab. 304. fig. 2.* Fungus ramoſus, Abietinus, niveus, villoſus, Coralloides Barrelieri *Inſt. L. c.* xxv. pernicioſorum fungorum ſpecies *Cluſ. app. alt. auct.*

1300. Coralloides violacea, corniculis brevioribus *Inſt. R. Herb. 564.* Fungus ramoſus, criſpus, violaceus *Barr. Icon. 1261.*

1301. Coralloides Alpina, purpurea *Inſt. R. Herb. 564.* Fungus ramoſus, Coralloides, purpureus *Barr. Icon. 1262.*

1302. Coralloides Italica, lutea. Fungus Coralloides, luteus, Italicus *Barr. Icon. 1260.*

1303. Coralloides Italica, roſea. Fungus Coralloides, roſeus, Italicus *Barr. Icon. 1259.*

1304. Coralloides ramoſa & comoſa. Fungus ramoſus, comoſus *Barr. Icon. 1266.* xix. Generis Fungorum eſculentorum 2. ſpecies *Cluſ. Hiſt. cclxxv.* Icon. Barr. ex Cluſ. l. c.

1305. Coralloides ramis longioribus prædita *Barr. Icon. 1280.*

1306. Coralloides ramoſa, palmata *Barr. Icon. 1279.* Recenſitæ iſtæ Coralloidum ſpecies ſunt varietates *Fungi ramoſi I. B. 3. 837.*

1307. Coralloides cornua Corvi referens, corniculis breviſſimis. Muſcus Coralloides *Barr. Icon. 1277. n. 11.*

1308. Fucus folliculaceus, ſerrato folio *Barr. Icon. 1122. & C. B. Pin. 365.* Lenticula marina, ſerratis foliis *Lob. Icon. 256.*

1309. Fucus ſpiralis, ſerratus *Barr. Icon. 1303.* Fucus ſpiralis, maritimus, minor *Inſt. R. Herb. 568.* Alga ſpiralis, maritima *Bocc. Rar. Plant. 70.* Ad oſtia Tyberina retibus piſcatorum obvolutum colligebat Barr.

1310. Fucus manum referens *Inſt. R. Herb. 569.* Fungus Amanita, marinus, purpuraſcens *Barr. Icon. 1294.*

1311. Fucus manum referens, luteus. Fungus Amanita, marinus gilvo-luteus *Barr. Icon. 1293. n. 1.*

1312. Fucus dentem Lupi referens. Cucumis marinus Rondeletii, Aldrovandi, forte dens Lupinus, Fungus marinus, ζωοφύτις *Barr. Icon. 1293. n. 11. Concombre de mer de Rondelet 91.* Carnoſus, fungoſus & membranaceus eſt è gilvo carneus ac albeſcens, duas uncias ut plurimum longus, interdum minor,

minor, quadrante unciæ vix latior, cujus baſis lata, rotunda, multis favorum modo foraminulis eſt pervia; pars verò ſuperior lævis, æqualis, tumida, obtuſè acuminata & ad latus inflexa. Ad oſtia Tyberina cum aliis plantis marinis colligebat Barr. A piſcatoribus vulgò dicebatur Dens Lupi.

1313. Fucus pennam referens *Inſt. R. Herb. 569.* Penna marina, carnei coloris *Barr. Icon. 1273. n. I. Panache de mer de Rondelet 90.*

1314. Fucus pennam referens, purpureus. Pennâ marina, coloris purpurei *Barr. Icon 1273. n. II.* Prioris varietas. Zoophyti ſpecies eſt pennam Anſerinam referens, pluribus conſtans pinnulis compreſſis, tenuibus, dorſo convexo, & ab alterâ parte concavo ac ſulcato, fimbriatis, utrinque pinnata ut avium pennis evenit. Calami tubus carnoſior eſt & cavus, præſertim juxta baſim, cumque interius à radice ſeu pede ad ſummum uſque pervadit ſpina tenuis. alba ac oſſea, quæ erigitur & juxta baſim calami quâ oritur, mediâ unciâ, interdum ampliùs, nuda eſt, quâ quidem locis rebuſque quibus innaſcitur, infigitur & adhæreſcit. Modò rubram, carneam, purpuream, majorem minoremve obſervabat ad Oſtia Tyberina.

1315. Fucus pennam referens, ſpinoſus, ruber. Penna marina, ſpinoſa, rubra *Barr. Icon. 1274. n. I.* A ſuperioribus diſcrepat calamo craſſiore & carnoſiore, tum quòd amplior ſit penna & ſpinis ſeu aculeis magis referta.

1316. Fucus pennam referens, ſpinoſus, griſeus, obſoletus. Penna marina, ſpinoſa, griſea, obſoleta *Barr. Icon. 1274. n. II.* Hæc ſpecies cæteris viſcidior, humidior, carnoſior nonnihil, & griſeo obſoletoque colore imbuta. Iiſdem locis ac ſuperiores invenitur.

1317. Fucus niger, vermiculatus & viſcoſus. Muſcus marinus, niger, viſcoſus, vermiculatus, non criſpus *Barr. Icon. 1297.* Viſcoſa eſt planta nigra ſpicis foliiſque lento velut glutine ſibi cohærentibus, planis latiſque caulıculis & membranaceis, in plures ſurculos folioſos ſurſum aſſurgentibus. Folia plurima ſunt, craſſa, vermiculata, longa, acuta & in alia minora diviſa, Fœniculi modo; ſemunciam longis ut plurimum extremis foliis ſeu foliorum aut ramorum, ſi mavis, laciniis in ſpicam aut caudæ formam congeſtis. E ſcopulis marinis juxta Arcem Pali eruebat Barr.

1318. Fucus latifolius, albicans, criſpus, piloſus. Muſcus marinus, latifolius, albicans, criſpus, piloſus *Barr. Icon. 1300.* E ſordido albicat, in multos ſurculos expanſus juxta exortum ſuum rotundos, dein compreſſos & planos quò altius ſurgunt, tortuoſos; è ſcopulis quibus latâ & membranaceâ radice hæret ſurſum aſſurgens & folia proferens lata, tenuius laciniata, criſpa, & variè convoluta ac per extrema in tenuiſſimas, inæquales, acutas, integraſque fimbrias non ſerratas diſſecta.

1319. Fucus anguſtifolius, fruticans, atropurpureus. Muſcus marinus, anguſtifolius, fruticans, atropurpureus *Barr. Icon. 1299.* Ab imâ radice latâ & membranaceâ multos, rotundos tortuoſoſque emittit ſurculos fruticis modò, in multa folia tenuia, plana, altiùs diviſa Fœniculi marini, id eſt Crithmi modo, ſe explicans. Tota planta atrorubeſcit & comoſa ac tenera eſt, unde à piſcatoribus cum oleo & aceto comedi ſolet. Extrema foliorum ſæpè è rubro albeſcunt.

1320. Fucus fruticoſus, Coralloides, ſubluteus, major. Muſcus fruticoſus, Aphyllantes, major *Barr. Icon. 1291. n. xij.* Sequenti proximè affinis eſt; ſed ſurculi craſſiores duplo, teneri tamen & comeſtibiles ſunt, ejuſdemque coloris & ſaporis

1321. Fucus fruticoſus, Coralloides, ſubluteus, minor. Muſcus fruticoſus, Aphyllantes, minor *Barr Icon. 1291. n. xj.* Fruticat & ab uno caudice ſive ſurculo in plures ramos dividitur inter ſe variè implexos & foliis deſtitutos, multis duntaxat ſecundùm eorum longitudinem germinibus brevibus inæqualiter ſparſis onuſtos; ſuperioribus non eſt major, è gilvo carneus eſt & ſubluteus, mollis & tener, qui etiam in acetariis admittitur. Saxis conchyliiſve innaſcitur lato & membranaceo pede. 1322.

Digitized by Google

1322. Fucus criſpus, virens, & è gilvo luteus. Muſcus marinus, criſpus, λεπτο-χαῦλος, virens & gilvo luteus *Barr. Icon. 1302. & Bocc. Muſ. part. 2. 49. Tab. 42.* Duplicis eſt naturæ ſpecies iſta, quæ ſurculos fert eâdem è radice ortos, è carneo gilvos, in tenues ramoſaſque fimbrias abeuntes, & alios paraſiticos virentes denſioribus ramis & foliis, Muſci criſpi facie. Mollis & edulis eſt, dum recens.

1323. Fucus criſpus, loricatus, nigricans. Muſcus marinus, criſpus παχυχαῦλος, loricatus, nigricans *Barr. Icon. 1301. & Bocc. Muſ. part. j Tab. vij. fig. 1.* Multos emittit ſurculos ramoſos, eoſque craſſos, villoſos, criſpos ac filamentoſos (quæ filamenta fortè ſunt plantæ folia) tenui, albâ & tophaceâ cruſtâ per intervalla loricatos & circumveſtitos, tres uncias quandoque longos & ſubinde in craſſos, frondoſos, criſtatos ramoſoſque lobos abeuntes, qui cirroſis criſpiſque pilis densè congeſtis intumeſcentes, nigras paniculas planas grumoſaſque ægrè ſuſtinent & ſæpè pondere ſuccumbunt.

1324. Fucus criſpus, niger, craſſo & grumoſo caule. Muſcus marinus, criſpus, niger, craſſo & nudo caule *Barr. Icon. 1290 n. 1.* Ad Corallum nigrum, vulgò *Anthipates*, accedit frutex iſte muſcoſus, vix quatuor uncias altus, è radice latâ & membranaceâ cauliculum proferens, ramoſum, tortuoſum, nigrum, quorum rami Herculeam maſſam referunt, cirriſque in extremo piloſis & criſpantibus comantur.

1325. Fucus criſpus, niger, tenuifolius. Muſcus marinus, criſpus, niger, λεπτοχαῦλος, comoſus *Barr. Icon. 1290. n. 11.* Multis luxuriat ſurculis vix Icone majoribus, planis quos folia tenuiſſima, ramoſa, nigra & inter ſe variè intertexta veſtiunt, & quæ copioſiùs congeruntur in ſummo.

1326. Fucus fruticans, tenuifolius, atropurpureus. Muſcus marinus, fruticans, λεπτοφύλλος, atropurpureus *Barr. Icon. 12 89.* Tenuibus planiſque fruticeſcit ramis, ac ſurculis mollioribus, vix ſe erigentibus. Folia ejus tenuiſſima ſunt anguſtiſſima & piloſa nonnihil. Tota planta ex atro purpuraſcit. In littore maris Tyrrheni juxta Arcem Pali Ditionis Ducis Bracciani collegit cum ſuperioribus.

1327. Corallina *I. B. 3. 810. & Raii Hiſt. 62.* Muſcus Coralloides, Filicinus *Barr. Icon. 1276. n. 1. La Coralline.* Denſo ceſpite ſcopulis innaſcens, ſurculiſque crebris luxurians in parvum vixque biuncialem fruticulum, nodoſum, articulatum, fragilem, pennatum & Filicinum ſe explicat. Variat colore modò niveo, quandoque rubeſcente.

1328. Corallina criſtata, minima. Muſcus Coralloides, criſtatus *Barr. Icon. 1276. n. 11.* Hæc ſurculis donatur tenuioribus & ferè capillaribus, ramoſis & in ſummo comoſis ac criſtatis. Nodoſa pariter eſt & geniculata, ſed eſt tenuior ac mollis. Modò eſt nivea, modo carnea, vel purpuraſcens, obſoletè griſea vel ſubvireſcens.

1329. Corallina minima, bifida. Muſcus Coralloides, bifidus *Barr. Icon. 1276. n. 111.* Tenuiſſimis & denſiſſimè compactis ſimul eodem in ceſpite ſurculis longis & contortis nonnihil ſeu potius criſpantibus, utpotè capillaribus, ramoſis in duo & duo cornicula & ſic ad ſummum uſque diviſis, bifidis, tenuibus, geniculatis, & albo ſordidis ſeu leucophæis diſcrepat à ſuperioribus.

1330. Corallina, minima, Fœniculacea. Muſcus Coralloides, Fœniculaceus *Barr. Icon. 1276. n. iv.* Iſta longè tenuioribus & tenuiùs diſſectis donatur foliis in ſummo in plura filamenta ſpicatim, ſed laxiùs congeſta.

1331. Corallina minima, criſpa, albida. Muſcus Coralloides, criſpus *Barr. Icon. 1275. n. v.* Surculi hujus tenues, albidi, ſed mucoſi, criſpis, raris brevibuſque ramulis in extremo veſtiti, adeò ut ſtupei & laciniatis divulſiſque fimbriis ſimiles appareant.

1332.

1332. Corallina cruſtacea, bifida. Muſcus Coralloides, bifidus, minor *Barr. Icon. 1275. n. VI.* Extremæ huic ramorum oræ ſeu fimbriæ nonnihil craſſiores ſunt quàm ramorum ſurculi & candidiores; reliqua planta è gilvo fit fuſca, tophacea & quæ ſub dentibus crepitat, inſipida tamen.

1333. Corallina fiſtuloſa, fragilis, craſſior *I. B. 3. 811. Raii Hiſt. 65.* Muſcus Polygonoides, Salicorniæ folio, major *Barr. Icon. 1275. n. VII.* Craſſiuſcula eſt carnei aut potius gilvi coloris, cujus folia geniculata, nodoſa, ſemunciam ferè longa & mediâ lineâ vix latiora.

1334. Corallina fiſtuloſa, fragilis, ſubtilior *I. B. 3. 811. & Raii Hiſt. 66.* Muſcus Polygonoides, Salicorniæ foliis, minor ſeu bifidus *Barr. Icon. 1275. n. VIII.* Ex radice membranaceâ in multos ſurgit cauliculos ab imo ramoſos, & in duos alios & duos ad ſummum uſque diviſos, geniculatos, nodoſos, quorum extrema flagella ſeu extremi ſurculi nonnihil tumeſcunt & foliorum vices implent, unciam longi, teretes, poroſi, geniculati & oculatis punctis referti. Tota planta minor eſt longè quàm ſuperior, albo ſordida, lapidea & inſipida. Porrò ſinguli plantæ articuli tenuiſſimo & nigro cohærent filo.

1335. Corallina Aſtaci corniculorum æmula *Inſt. R. Herb. 571.* Fucus piloſus, erectus, minor *Barr. Icon. 1292. n. III. & Icon. 1298.* Muſcus marinus, Equiſetiformis, non ramoſus *Raii Hiſt. 79.*

1336. Corallina fruticoſa, pennata. Palma marina *Barr. Icon. 1292. n. II.* Muſcus maritimus, Filicis folio *C. B. Pin. 363.* Myriophyllum pelagium Cortuſi *Cluſ. Hiſt. cclj.* Caulem emittit Tritici culmo tenuiorem, ramoſum, griſeum, ſemipalmarem, foliis inſtructum duplici ſerie & Palmæ modo diſpoſitis, unciâ vix longioribus, capillaribus, nodoſis & geniculatis, ut & tota planta, quæ ſublutea eſt & nonnihil inflexa.

1337. Corallina capillacea, è cinereo fuſca. Muſcus ſpicatus, capillaris *Barr. Icon. 1291. n. xiij.* Tenuiſſimis potitur foliis Fœniculaceis, circum cauliculos rectos, tenues, ramoſoſque in ſpicæ Nardi formam densè congeſtis. Tota planta vix ſeſcunciâ altior, ceſpitoſa, mollis, tenera & è cinereo fuſca. Ad littora maris Tyrrheni cum ſuperioribus reperiebat Barr.

1338. Corallina fuſca, Fœniculacea & mollior. Hippuris Setaceus *Barr. Icon. 1123. n. I.* Radix potius videtur quàm planta; ab uno eodemque ſurculo filamentoſa, tenuiſſima, longa & ramoſa emittit flagella criſpantia, fibrillis brevibus interciſa. Fuſca eſt aliiſque permixta Corallinis.

1339. Corallina reticulata. Muſcus marinus, reticulatus *Barr. Icon. 1123. n. II.* Pertenuis, ſurrecta, ſicca, rigida & paraſytica ut plurimùm, ſupra plantas marinas, cochleas, cruſtacea, tophaceaque innaſcens, filamentoſa, fibrillis tranſverſis ita implicata ut retium maculas exprimere videatur, ſubfuſca eſt, non tamen tophacea. Has omnes Corallinæ ſpecies ad oſtia Tyberina collegit Barr.

1340. Litophyton marinum, albicans *Geſn. de Fig. Lapid. 136.* Sparthum marinum *Barr. Icon. 1292. n. I.* Coralloides fruticoſa, recta, alba *C. B. Pin. 366.*

1341. Litophyton cinereum, rugoſum *Inſt. R. Herb. 574.* Rhamnus marinus, Coralloides *Barr. Icon. 1304.* Corallina cinerea, rugoſa *C. B. Prodr. 153.* Ad littora maris Tyrrheni utrumque ſparſim reperitur cum aliis purgamentis, ut dicunt, marinis.

Digitized by Google

ARBORES ET FRUTICES.

1342. ABies tenuiore folio, fructu deorſum inflexo *Inſt. R. Herb. 585.* Picea ὀξυφυλλὸς, Polonica Corvini *Barr. Icon. 730.* Picea major, prima, ſive Abies rubra *C. B. Pin. 493. Le Picea.*

1343. Pinus ſylveſtris, minor, cono parvo, Polonica Corvini *Barr. Icon. 729.* Pinus ſylveſtris, vulgò Genevenſis *I. B. 1. 253. Le Pin ſauvage.*

1344. Larix folio deciduo, conifera *I. B. 1. 266.* Pinus ſylveſtris, minor, Laricis ſtrobilo; Larix Polonica Corvini *Barr. Icon. 500. Le Meleze.*

1345. Larix Orientalis, fructu rotundiore, obtuſo *Inſt. R. Herb. 586.* Cedrus Libani *Barr. Icon. 499.* Cedrus conifera, foliis Laricis *C. B. Pin. 490. Le Cedre.*

1346. Ephedra maritima, major *Inſt. R. Herb. app. 665.* Polygonum fruticans, botryoides, majus, Hiſpanicum *Barr. Icon. 732. n. III.* Polygonum fruticans, ἄφυλλον, craſſioribus flagellis *ejuſd. Icon. 732. n. IV.* Tragus, ſive Uva maritima, major *I. B. 1. 406.*

1347. Ephedra maritima, minor *Inſt. R. Herb. app. 665.* Polygonum fruticans, botryoides, Hiſpanicum, medium, I. Cluſii *Barr. Icon. 731. n. I. Cluſ. Hiſt. 92.* Polygonum fruticans, botryoides, Narbonenſe, minus, II. Cluſii *Barr. Icon. 731. n. II. & Cluſ. Hiſt. 92.* Fructus in Icone Barrelieri malè depingitur; exactior Icon exhibetur in hort. Med. Camer.

1348. Ephedra corniculata, minor. Polygonum fruticans, ἄφυλλον, corniculatum, minus *Barr. Icon. 134. n. V.* Planta eſt ſuperiori congener, ſed minor, ramoſa, ſurculoſa, corniculata, bifurcata, geniculata, lævis, fragilis.

1349. Rhamnus Hiſpanicus, Buxi folio, minor *Inſt. R. Herb. 549.* Lycium Latifolium, Hiſpanicum *Barr. Icon. 995.* Lycium quorumdam *Cluſ. Hiſt. 111.*

1350. Rhamnus Hiſpanicus, ſaxatilis, capillaceo folio, rupibus innaſcens *Inſt. R. Herb. 593.* Lycium anguſtifolium, Hiſpanicum *Barr. Icon. 996.* Frutex eſt quatuor pedes circiter altus, plura abs radice emittens virgulta lignoſa, erecta, ramoſa & per extrema acuta ac pungentia, denſis, anguſtiſſimis, vix triente unciæ longioribus, Roriſmarini formâ, ſed minoribus, alternis foliis veſtita. E foliorum alis erumpunt flores parvi & pallidi, brevi nixi pediculo, qui in baccas abeunt. In ſylvoſis Caſtiliæ novæ ſaltibuſque ſucciſivis, dum Madrito Toletum itur.

1351. Thymelæa ſaxatilis, Oleæ folio *Inſt. R. Herb. 594.* Chamælea pumila, ſaxatilis, flore pallido, Italica *Barr. Icon. 234.* Chamælea Alpina, folio infernè incano *C. B. Pin. 462.* In Montibus Retinis non procul ab oppido *il paggio del Baſtone* dicto, novem circiter milliaribus ab urbe *Rieti*, Sabinæ capite, ad Septentrionem, in acclivi & ſaxoſo loco Montis ſuper illud imminentis, inter rupes creſcit.

1352.

Digitized by Google

1352. Thymelæa foliis candicantibus, ſerici inſtar mollibus *C. B. Pin. 463. Raii Hiſt. 1588.* Sanamunda argentea, latifolia *Barr. Icon. 221.* Circa Maſſiliam & in Inſulis Stæchadibus viget.

1353. Thymelæa tomentoſa, foliis Sedi minoris *C. B. Pin. 463. Raii Hiſt. 1589.* Sanamunda 3. Cluſii; Erica Alexandrina Lobelii *Barr. Icon. 233. Cluſ. Hiſt. 88.* Per Hiſpaniam ſæpiùs occurrit, necnon per Etruriam & circa Maſſiliam.

1354. Thymelæa argentea anguſtifolia. Sanamunda argentea, anguſtifolia *Barr. Icon. 222.* Fruticeſcit virgaſque edit ramoſas, vix ſeſquicubito longiores, foliis veſtitas anguſtis, Lini æmulis, ſed brevioribus, nec ſemunciam longis, argenteis & ſericeâ canitie nonnihil hirſutis. Flores inter foliorum alas ſecundùm cauliculos & ramos in extremo frondoſos erumpunt parvi, herbacei coloris. Sapor illi urens. Obvia eſt dum progreditur ab oppido *Aiora* ad urbeculam *Xativa* dictam, in Regno Valentino.

1355. Thymelæa vermiculata, ſubcinerea. Sanamunda vermiculata, παχυςιλεχῆς *Barr. Icon. 231.* Virgis potitur craſſioribus & magis ſcabris ac aſperis, nigricantibus & nudis ferè, niſi in ſummis & annotinis virgultis quæ frondoſa ſunt; congeruntur enim folia multa in eorum extremis, anguſta, vermiculata, in ſe convoluta Sedi modo, acuta & è cinereo fuſcè virentia, nec tertiâ unciæ parte longiora. Iiſdem locis ac ſuperior obſervatur.

1356. Thymelæa foliis Chamæleæ minoribus, ſubhirſutis *C. B. Pin. 463.* Sanamunda media, anguſto breviorique folio. *Barr. Icon. 232.* Sanamunda. *Cluſ. Hiſt. 88.* Media eſt inter duas ſuperiores, iiſdemque obſervata locis. Folia tamen huic leviori, cineraceâ incanâque magis pubent lanugine.

1357. Thymelæa Linariæ folio, Hiſpanica *Inſt. R. Herb. 594.* Rubeola montana, major, Hiſpânica *Barr. Icon. 596.* Deſcriptionem non invenio. Congener tamen eſt *Thymeleæ Linariæ folio, vulgari Inſt.*

1358. Laurus Latifolia, Indica *Barr. Icon. 877.* Laurus Regia, Indica Aldini *H. R. Pariſ. & Ald. Hort. Farneſ. 61. Raii Hiſt. 1553. Le Laurier Royal.* Diſcrepat multùm à *Perſeâ Cluſii*; nec confundendæ ſunt iſtæ arbores.

1359. Jaſminum flavum, odoratum *H. R. Par.* Gelſeminum trifolium, odoratiſſimum, ſemper virens, exoticum ſeu Indicum *Barr. Icon. 62.* Gelſeminum Indicum, arboreſcens, ſemper virens, flore luteo *Broſſ. Le Jaſmin Jonquille.*

1360. Jaſminum Alexandrinum, Citrii folio, flore pleno. Gelſeminum Aurantii folio, flore albo, duplici, odoratiſſimum, ſeu Alexandrinum *Barr. Icon. 61.*

1361. Arbutus vulgaris *Barr. Icon. 674.* Arbutus folio ſerrato *C. B. Pin. 460. Raii Hiſt. 1576. L'Arbouſier.* Frequens eſt in Italiâ & Galliâ Narbonenſi.

1362. Arbutus oblongo & acuto fructu *Barr. Icon. 673.* Arbutus fructu turbinato, folio ſerrato *Inſt. R. Herb. 598.* A vulgari differt fructu turbinato; tardiùs floret; foliaque leviùs huic ſerrata ſunt. In vineâ Eminentiſſ. Card. Barberini, Urbani VIII. nepotis, propè Montem Marium, altero ab urbe Milliari ſecundùm Tyberim, obſervavit Barr.

1363. Eleagnus Orientalis, anguſtifolius, fructu parvo, Olivæformi, ſub-

Digitized by Google

dulci *Cor. Inſt. R. Herb. 53.* Arbor triſtis Shardonii *Barr. Icon. 1196.* Olea ſylveſtris, folio molli, incano *C. B. Pin. 472.*

1364. Aquifolium echinatâ folii ſuperficie *Corn. 180.* Agrifolium dorſo folii echinato *Barr. Icon. 518.* Aquifolii vires & uſus vide in Hiſt. Raii 1622.

1365. Lilac cærulea, laciniatis foliis *Barr. Icon. 903.* Lilac laciniato folio *Inſt. R. Herb. 602.* Agem Lilac Perſarum *Corn. 189. Le Lilac de Perſe.*

1366. Acacia Ægyptia *Barr. Icon. 1138.* Acacia Indica, Farneſiana *Ald. H. Farneſ. 2. La Caſſie.*

1367. Chamæceraſus dumetorum, fructu gemino, rubro *C. B. Pin. 451.* Caprifolium erectum, minus, Xyloſtei Dodonei ſpecies *Barr. Icon. 511.* In Apenninis Montibus, necnon in Vaſtiniâ, circa Fontem Bellaqueum, vulgò *Fontainebleau*, provenit.

1368. Cotinus coriaria *Dod. Pempt. 780. Raii Hiſt. 1696.* Coccygria Theophraſti, Cotinus Plinii *Barr. Icon. 528. Le Fuſtet.*

1369. Toxicodendron triphyllum, folio ſinuato, pubeſcente *Inſt. R. Herb. 611.* Hedera trifolia, racemoſa, Canadenſis *Barr. Icon. 228.*

1370. Vitis Corinthiaca, alba, πολυςαφύλλος *Barr. Icon. 702.* Vitis Corinthiaca, ſeu Apyrina *I. B. 2. 72. Raii Hiſt. 1614. Le Raiſin de Corinthe.*

1371. Vitis Cretica, alba, laciniatis foliis *Barr. Icon. 701.* Vitis laciniatis foliis *Corn. 183.* Vitis folio Apii *I. B. 2. 73. Raii Hiſt. 1614. La Cioutat.*

1372. Vitis quinquefolia, Canadenſis, ſcandens *Inſt. R. Herb. 615.* Hedera quinquefolia, Virginiana *Barr. Icon. 227.* Edera quinque folia, Canadenſis *Corn. 100. La Vigne-vierge.*

1373. Rubus non ſpinoſus, major, fructu nigro *Barr. Icon. 395.* Rubus vulgaris, ſpinis carens *H. R. Par. Ronçe de Saint-François.* Rubo vulgari ſimilis eſt, ſed ſpinis deſtituitur; Flos pariter rubens, & fructus niger.

1374. Rubus non ſpinoſus, fructu nigro, majori, Polonicus *Barr. Icon. 1250.* Folia hujus ampliora, longiora & acutiora; fructus etiam major. A Corvino pictum habuit Barr.

1375. Rubus odoratus *Corn. 150.* Chamærubus odoratus, Vitis folio, Canadenſis *Barr. Icon. 396. Ronçe de Canada.* Fructus edit majores quàm Rubus vulgaris; ſed ſubrubentes, nec adeò grati ſaporis.

1376. Spiræa Hiſpanica, Hyperici folio crenato *Inſt. R. Herb. 618.* Oxyacantha anguſtifolia, non ſpinoſa; Hypericum fruticans, Canadenſe Robini *Barr. Icon. 564.* Frutex eſt humanæ altitudinis, pluribus abs radice ſtolonibus virgiſque

Digitized by Google

virgiſque rectis luxurians, iiſque rubentibus, adultioribus griſeis. Folia in ramis alterna ſunt, anguſta, tertiam unciæ partem vix lata, unciâ non longiora, in acumine tribus aut quatuor dentibus crenata, obtuſa tamen, & ad oras integra, ad baſim anguſta, acuta, pediculo adnata, glabra, tribus præcipuis nervis ſecundùm longitudinem ſtriata, tenuiſſimis quaſi foraminibus pervia, aut ſaltem pellucentia, & lætè virentia. Ex eorum alis flores exeunt polypetali & Oxyacanthæ, umbellati, exilibus capillaribuſque pediculis innixi, pentapetali, albi, ſtaminibus pluribus albis referti. Floris, folii, embryoniſque fructûs formam & magnitudinem habes in Icone. In Monte Gualdo Umbriæ, in viâ mediâ Spoletum inter & Fulignium ad dextram, juxta hoſpitium, ſepem longam vidit Barr. ex illo frutice conſtantem, quod nuntiavit *Robino*, qui hunc fruticem Indiarum tantùm indigenam putabat.

1377. Lauro-Ceraſus *Barr. Icon. 873. Cluſ. Hiſt. 4. I. B. 1. 420. & Raii Hiſt. 1549. Le Laurier-Ceriſe.*

1378. Perſea Arbor ſemper virens, aromatica *Barr. Icon. 878. Cluſ. Hiſt. 2. Raii Hiſt. 1552. & Plum. Nov. Gener. Plant. Amer. 44.*

1379. Meſpilus aculeata, Amygdali folio *Inſt. R. Herb. 642.* Pyracantha ſempervirens *Barr. Icon. 874.* Oxiacantha Dioſcoridis, ſive ſpina acuta, Pyri folio *C. B. Pin. 434. Raii Hiſt. 1459. Le Buiſſon ardent.* In Italiâ frequens eſt præſertim in territorio & planitie Umbriæ Narniam inter & urbem *Terni.*

1380. Meſpilus Anthedonoides, folio minore; Oxiacantha ſpinoſa, minore folio *Barr. Icon. 563.* Varietas *Meſpili Apii folio ſylveſtris C. B.* In Monte Gualdo pumila erat, foliiſque minoribus frondoſa, tenuibus & lætè virentibus ac lucidis, ſpinis tamen longioribus ſtipata.

1381. Meſpilus folio rotundiori, fructu nigro, ſubdulci *Inſt. R. H. 642.* Amelanchier Galloprovinciæ *Barr. Icon. 527.* Alni effigie lanato folio, minor *C. B. Bin. 452. Raii Hiſt. 1461.*

1382. Geniſtella herbacea, ſive Chamæſpartium *I. B. 1. 393. Raii Hiſt. 1725.* Chamæſpartium ſupinum, caule folioſo, Hiſpanicum *Barr. Icon. 570.* In Montibus *Serra Morena* dictis eundo ad Cordubam, prope Hoſpitium dictum *La Venta de l'Alcada* creſcit, & alibi; ſparſim quoque per Galliam occurrit.

1383. Anagyris fœtida, Cretica, oblongis foliis, violaceis luteis floribus *Barr. Icon. 569.* Diſcrepat ab *Anagyride fœtidâ Cluſii* floribus, quorum pericarpium ex atro & violaceo rubeſcit, floris verò partes è luteo pallent; Porrò vexillum floris brevius eſt. Nec eadem eſt ac *Anagyris Cretica, fœtida, Hon. Belli*; folia enim hujus oblonga & anguſta. Pictam communicabat Corvinus.

1384. Pſeudo-Acacia vulgaris *Inſt. R. Herb. 649.* Acacia Americana, albo Cytiſi flore Cornuti *Barr. Icon. 740.* Acacia Americana Robini *Corn. 172. L'Acacia.* Fructus non ſunt echinati, ut depinguntur in Icone.

1385. Coronilla ſive Colutea minima *Lob. Icon. 87.* Polygala montana, Italica, flore aureo *Barr. Icon. 721.*

1386. Coronilla caule Geniſtæ fungoſo *Inſt. R. Herb. 650.* Dorychnium luteum, Hiſpanicum, carnoſius *Barr. Icon. 133.* Colutea caule geniſtæ fungoſo *I. B. 1. 383.*

1387. Coronilla lutea, major. Dorychnium, luteum, majus *Barr. Icon. 134.*

1388. Barba Jovis Lentifolia, incana, flore luteo, 1ª. Anguillaræ *Barr. Icon 378.* Barba-Jovis pulchrè lucens *I. B. 1. 385.* Flos non eſt luteus, ſed pallidus.

1389. Barba Jovis Cytiſi folio, flore rubello, ſeu altera Anguillaræ *Barr. Icon. 377.* Ebenus Cretica *Pon. Bald. Ital. 128. Proſp. Alp. Exot. 278.* Lagopus Creticus, incanus marinus, ſpicâ rubente *Barr. Icon. 913.* Icon. Barr. ex Pon. L. cit. *L'Ebene de Candie.*

1390. Barba-Jovis Hiſpanica, incana, flore luteo *Inſt. R. Herb. 651.* Spartium latifolium, flore parvo *Barr. Icon. 1182.* Cytiſus VI. *Cluſ. Hiſt. 96.*

1391. Barba Jovis pumila, villoſa, flore globoſo, purpureo *Breyn. Prodr. 2.* Aſtragalus, incanus, tomentoſus, pallido, globoſo flore, Italicus *Barr. Icon. 722.* Aſtragalus villoſus, floribus globoſis *C. B. Pin. 351. & Raii Hiſt. 939.* E Monte Aprutii dicto *Morone* habuit Barr.

1392. Chamæbuxus flore Coluteæ flaveſcente *C. B. Pin. 471.* Myrthi & Chamæleæ media plantula *Barr. Icon. 538.*

PLANTÆ

Digitized by Google

PLANTÆ INCERTI GENERIS.

1393. AMomum *Barr. Icon. 571.* Amomum racemoſum *C. B. Pin. 413. Raii Hiſt. 1697.* Amomum novum, Cardamomi vulgaris facie, ſive Indicus racemus *I. B. 2. 195.* Elettari primum. *H. Mal. 11. pag. 9. L'Amomum en grappe.*

1394. Cardamomum majus *Barr. Icon. 571. Math. Edit. Latin. Valgriſ. 27.* Grana Paradiſi officinarum *C. B. Pin. 413.* Hujus ſemina vulgò *Maniguette* dicimus.

1595. Cardamomum medium *Barr. Icon. 571. Math. Edit. Lat. Valgris. 27.* Cardamomum majus officinarum *C. B. Pin. 413.* Cardamomum majus, vulgare *Cluſ. Exot. 187.* Cardamomum majus *Bont. 127. Raii Hiſt. 1204.*

1396. Cardamomum minus *Barr. Icon. 571. Math. Edit. Lat. Valgris. 27.* Cardamomum ſimpliciter in officinis dictum *C. B. Pin. 414.* Cardamomum cum ſiliquis, ſeu thecis brevibus *I. B. 2. 205.* Cardamomum minus *Bont. 126. Raii Hiſt. 1204.* Elettari 2. *H. Mal. 11. pag. 9. Raii Hiſt. 3. 644.* Icon. Barr. Amomum treſque illas Cardamomi ſpecies referens deſumpta eſt ex Maroneæ tractatu de Amomo, qui tractatus ad calcem latinæ Deſcriptionis Montis Baldi à Ponâ Veronenſi editæ annectitur. Non ſunt genuinæ nec ex vivâ plantâ delineatæ Icones Amomi & Cardamomi quas protulit *D. Pomet* in Hiſtoriâ ſuâ Gallicâ de Medicamentis ſimplicibus. De ſuccedaneis eorumve viribus legi meretur *Dale Pharmacol. 368.*

1397. Coccos Indorum Corvini *Barr. Icon. 1314.* quid?

1398. Contrayerva *Barr. Icon. 482. Bocc. Muſ. part. 1. 277. & part. 2. 168. Tab. 121.* Vires vide in Hiſt. Raii 1339.

1399. Glans unguentaria, ſeu Myrobolanus *Barr. Icon. 1238. Ald. H. Farneſ. 72.* Glans unguentaria *C. B. Pin. 402. Raii Hiſt. 1738. Dale Pharmacol. 503. Ben blanc. Pomet Hiſt. des Drogues 227.* Icon. Barr. ex Ald. l. c.

1400. Gribegne Polonorum Corvini *Barr. Icon. 1171.* quid?

1401. Origanum inodorum, Polonicum *Barr. Icon. 1155.* quid?

1402. Symphytum petræum Dioſcoridis, Thymifolium *Barr. Icon. 331.* quid?

Digitized by Google

1403. Thé frutex Chinenſis, Tſia Japonenſis *Barr. Icon. 904.* Thé frutex *Bont. 89.* Thé Sinenſium, ſive Tſia Japonenſibus *Breyn. Cent. 1. 111. & Raii Hiſt. 1619.* Chaa *C. B. Pin. 147. Le Thé ou Thée Pomet Hiſt. des Drogues pag. 143.* Icon. Barr. ex Bont. l. c. Vires & uſus Theé vide in Hiſt. Raii L. c. & in Tractatu Simonis Pauli de uſu & abuſu Theé.

Digitized by Google

SPECIMEN

INSECTORUM QUORUMDAM MARINORUM, Mollium, Cruſtaceorum, & Teſtaceorum.

CUm ex Virorum eruditione illuſtrium relliquiis nihil non pretioſum Litteratis ſit habendum, furtum iis facere mihi viſus forem; ſi eos aliquâ Barrelieri noſtri operis naturalis particulâ defraudaſſem. Eo animo hæc Hiſtoriæ Inſectorum marinorum fragmenta ad Botanices collectionis calcem ſubjunxi ſub *Mollium Cruſtaceorum Teſtaceorumque ſpeciminis* nomine. *Specimen* verò illa nuncupavi; vel quòd ipſi ea veluti integræ naturalis hiſtoriæ quam meditabatur, exempla ſibi proponeret, vel quòd ſicut in ſtirpium recenſione nondum deſcriptas prodidit, ita & in Inſectorum marinorum diſquiſitione, Icones à Bellonio, Rondeletio, Geſnero & Aldrovando ineditas publici juris facere voluiſſet.

Ea ſit de opere, quod imperfectum videbitur, excuſatio, quo tamen benè de Litterariâ Republicâ meruiſſe fatendum, cùm hæc ſuâ ætate nullius adhuc curâ & methodicis obſervationibus in lucem prodiiſſent, nonniſi multis ab annis Bonnanus, Lyſterus, Rumphius rudem tunc indigeſtamque adhuc hiſtoriæ partem ad meliorem ordinem compoſuiſſent: ſed tamen eorum pace dicam, multa in eorum methodo deſiderari, perfectioremque quondam fore, ſi quemadmodum ad certa genera ſpecies plantæ redactæ ſunt, ita & inſecta hujuſmodi revocarentur. Ne fragmentorum horumce occaſione materiem, quæ volumen conficeret, inaniter aggrediar, depictorum ſequentibus Iconibus Inſectorum characteres ex partibus quæ magis eſſentiales frequentioreſque viſæ ſunt, deſignabo; factâque Inſectorum marinorum diviſione in *Mollia, Cruſtacea & Teſtacea*, & ultimò *Teſtacea* in univalvia, bivalvia, *ſpeciminis* ſaltem titulum explevero.

INTER MOLLIA INSECTA recenſebo genus ſequens.

HOlothurium Uvâ marinâ, ſeu Ovis Sepiæ fœcundis ſeptum *Barr. Icon. 1298. n. 1. & n. 11.*

Holothurium Uvâ marinâ, ſeu Ovis Sepiæ fœcundis ſeptum *Barr. Icon. 1298. n. iij.*

INTER CRUSTACEA annumerabo ſequentia.

STella marina, major, ſpinoſior, fuſca *Barr. Icon. 1281.* Spinoſiſſima eſt multiplici aculeorum albicantium & longiuſculorum ſerie, ſecundùm laterum & radiorum oras echinata, ſupinè dilutior paulò & profundo ſulco in medio carinata, cujus utraſque crepidines per ſingula internodia quibus conſtat, tres ſpinæ vallant & ſepiunt. Dorſum medium totumque ſpatium

Digitized by Google

inter utraſque ſingulorum radiorum oras ſupernè multis & denſis granulis grandinatum eſt; venter verò ſeu pars inferna paucioribus, in medio ſpatio quod ſulcum inter & latera excurrit ultrò citròque. Tota ejus compages interior oſſea eſt vertebriſque conſtans per ginglymum ſibi connexis & articulatis, corio arenoſo, fragili obducta & aculeis ſextantem unciæ longis, craſſis, duris, albis horrida, ac ſecundùm radiorum oras rotundorum ſphondylorum ſerie vallatur duobus aculeis armatorum.

Stella marina, major, aranciata, minoribus ſpinis echinata *Barr. Icon. 1285.* Superiori magnitudine par eſt iſta; utraque enim pedalis eſt diametri, craſſiſque radiis ut ex ruptis particulis in Icone appoſitis facile eſt conjicere. Illius radii in angulos acutos centrum verſus & caput ſtellæ coeunt hujus in rotundos & utrique truncum verſus & medium ſeſcunciâ latiores, medio palmo longiores, imo palmum longi. Prona illius pars dorſumque in aliam Stellam intumeſcit ad extremum uſque radiorum pertingentem; per oras unico hinc inde ſphondylorum ordine vallatur, lateraque numeroſâ tuetur ſpinarum brevium congerie ſeu totidem palis, quas ad libitum erigit & inclinat ad latus. Quidquid oſſeis ſpinoſiſque vallis intus clauditur ex Aranciato rubet corio obductum grandinoſo ac arenoſo. Pars ſupina albeſcit, medio ſulco ſecundùm longitudinem excavata, cujus crepidinem utramque ſepiunt ad ſingulos ſphondylos quini aculei, quos inter & orarum ſpinas protenduntur duo ſphondylorum ordines.

Stella marina, media, lætè rubens, ſpinoſa *Barr. Icon. 1283.* Decuſſatis eſt hæc radiis & uſque ad os ferè anguſto ſinu diviſis, in medio tumidis & verſus caput & extrema ſenſim tenuioribus. Tota exiguis horret ſpinis brevibus, ſed denſis utrinque toto corpore ſparſis; coloris eſt lætè rubentis & velut Aranciati vel Phœnicei, non major medio palmo, diametro inter extrema ramorum ſumpto, cætera aliis ſimilia. Supinâ parte ſulcata, pronâ æqualis, nullo per oras limbo prætexta.

Stella marina, minor, non ſpinoſa *Barr. Icon. 1295. n. 11.* Species hæc tam venuſta, quàm parva, vix ſeſcunciâ longiore diametro, radiiſque ſingulis haud unciæ dodrante longioribus, in angulos ferè acutos inter duos radios ſinuoſa & inciſa, per oras anguſtis ſquamulis teſtaceis & alis tranſverſim poſitis, utrinque pronè & ſupinè prætexta; ſupinè minoribus & brevioribus, albâ & arenoſâ membranâ tecta, pronè profundè ſecundùm radiorum longitudinem ſulcata, anguſto in medio & centro quo capit cibum ore donata, ut aliæ ſpecies, nullis ſpinis aculeata, ſed quinis duntaxat armata dentibus ad cibos comminuendos.

Stella marina, Δεκάκνημος, fimbriata *Barr. Icon. 1282. n. 1.* Dorſo gibboſo eſt & tumido, ore barbato & fimbriato, quiniſque velut myſtacibus iiſque nodoſis, cirris fimbriatis, ſeſcunciam longis, ſurrectis & verſus oris hiatum convolutis & criſpantibus vallato, quibus ſeu manibus prædam ori admovere credibile eſt, iiſque uti, ceu proboſcide Elephantus, labio ſuperiore Equus, quos tenuiores, breviores & minus ramoſos & cirroſos quàm par fuit, malè & jejunius oſcitantiuſque expreſſit pictor. E centro medioque ventre quinque radios emittit, qui ipſo in exortu ſtatim in alios duos ſinguli finduntur teretes, denſis nodis preſſiſque circulis & juncturis articulatos; quorum commiſſura tenerrima eſt & facilè rumpitur ſolviturque, tres uncias longos & crebris cirris, criſpantibus, nodoſis, & articulatis acutis ac velut oſſeis duriuſculiſque condylis ſecundùm longitudinem longâ unicâ ſerie utrinque fimbriatos. De eâ primus egiſſe videtur *Fab. Col. Obſerv. Cap. 11.* & poſt eum *Aldrovand. Lib. v11. de Inſect. Cap. xviij.* Ad Oſtia Tyberina capta tota colore è croceo rubeſcit, fragilis & in lanæ floccum ſtatim ſe contrahit.

Stella marina, λεπτόκνημος, ſpinoſa *Barr. Icon. 1282. n. 11.* Hæc tenuibus, rotundis, teretibus caudæ ſerpentum inſtar radiis albo ſordidis, exiguo corpore & vix lato unciæ quadrantem diametro, radiis quinis, quatuor & amplius uncias longis,

longis, vulgari rubenticque Verme terræ non craſſioribus, binis ordinibus ſpinarum tenuium, acutarum, pellucidarum utrinque à lateribus armatis ſingulis ſphondylis. Pars ſupina quinque foraminibus quæ ad exortum quinque radiorum ſunt, hiat, quibus ſingulorum egeruntur excrementa, in quorum medio, quo cibi ingeruntur, os locatum eſt. Nec enim credibile eſt eodem meatu ingeri cibos, egeri excrementa, ut quidam cenſuiſſe videntur. Planè venuſta & elegans eſt. Pronâ enim ſuâ parte ſeu dorſo gnarè cælata eſt quinque cordis figuris, ſingulis radiorum ſinui & divaricationi parte latiori & ſinuosâ hærentibus. Alia videtur eſſe ab eâ quam Aldrovandus *Stellam echinatam Rondeletii* vocat.

Stella marina, *ὀφιόκνημος* ſeu *ὀφιύρος* *Barr. Icon. 1295.* Stellæ azureæ Aldrov. congener videtur, at longè diſcrepat ab eâ, ut docet utriuſque figuræ inſpectio. Noſtra enim griſei & lividi eſt coloris non azurei, tenuiſſimis radiis & palmi dodrantem longis, rectis & viperinorum fœtuum caudas planè referentibus, ſquamis ſimiliter veſtita ſuſdeque: ſupinè triplici ſquamarum ordine quorum medius & anguſtior tegitur radiis orbem ipſum ſtellæ pervadentibus & ad os uſque ferè pertingentibus. Os in orbis centro ubi ſtellæ caput in roſæ formam intumeſcit. Nec minus elegans prona orbis facies quæ uncialis cùm ſit diametri, & craſſiuſcula carnoſaque, aream ſuam eleganti ſtellulâ exornatur, cujus radiorum extrema quina quinis radiis majoribus reſpondent, duabus oblongis & aliis majoribus ſquamis, utrinque una ſtipata, reliquâ ſuperficie aliis minoribus ſquamulis ceu opere muſivo diſtincta & depicta: majores porrò radii pronâ parte ſeu dorſo pariter ſquammoſi ſunt, triplici ſerie diſpoſitis ſquamis, quarum quæ media eſt latior, laterales anguſtiores & ſeu limbo oras prætexantes. Fragilis eſt adeò ut vix integra in manus veniat piſcatorum, ſeu quod retium plagis incidentes facilè rumpantur, ſeu quod ſæpè variè ſeſe inflectentes mutilentur. Nullis horret ſpinis, aut pectinibus aculeatur, radiis enim ſquamoſis, lævibus, rotundis, teretibus, tenuibuſque donatur.

Curioſa de hujuſce Inſecti motu progreſſivo vide in Act. A. R. Par. pag. 485. ann. 1710.

Eruca echinata, marina, griſeo fuſca *Barr. Icon. 1284. n. I.*
— echinata, marina, minor *Barr. Icon. 1284. n. II.*

Cancer quadratus, lividus, *μακρυχῆλος* *Barr. Icon. 1286.*
— minor, rhomboides, luteo rubens *Barr. Icon. 1287. n. I.*

Pagurus niger, *βραχυχῆλος*, remipes *Barr. Icon. 1287. n. II.*

Aſtacus minor, villoſis chelibus, Pediculi marini facie, alter *Barr. Icon. 1288. n. I.*

Squilla Urſa minor, altera, remipes *Barr. Icon. 1288. n. II.*

Digitized by Google

INTER TESTACEA TURBINATA
aſſignabo ſequentia genera.

MUrex eſt Conchæ turbinatæ genus longo amploque patens hiatu, parte unâ oris in alæ modum expansâ, parte verò alterâ in conum abeunte. Species erunt ſequentes.

Murex lævis, minor *n. 1. Tab. 1323.*
—lævis, minimus *n. 2. Tab. 1323.*
—fuſiformis *n. 3. Tab. 1323.*
—rugoſus, minor & faſciatus *n. 4. Tab. 1322.*
—dorſo rugoſo *n. 5. Tab. 1323.*
—dorſo rugoſo & tribus verrucarum ordinibus exaſperato *n. 6. Tab. 1323.*

APorrhais eſt Conchæ turbinatæ genus à Murice diſtinctum parte illâ oris alatâ quæ fit digitata, uncinata & in utroque extremo canaliculata.

Aporrhais Aldrovandi *n. 7. Tab. 1322. L'Aragnée.*
—polydactylos, rugoſo & ſinuoſo dorſo *n. 8. 1323.*
—pentedactylos *n. 9. Tab. 1323.*

BUccino-Murex eſt Conchæ turbinatæ genus Buccino congener claviculâ ſuâ, ſed longiori anguſtiorique rictu donatum; à Murice diſtinctum gemino oris labro externè reflexo.

Buccino-Murex parvus *n. 10. Tab. 1323.*

EChinophora eſt Conchæ turbinatæ genus tuberoſum, hiatu amplo, interno oris labro externè reflexo.

Echinophora nodoſa *n. 11. Tab. 1321.*

BUccino-Echinophora eſt Conchæ turbinatæ genus à Buccino diſcrepans claviculâ minus productâ, ab Echinophorâ labro oris interno non reflexo.

Buccino Echinophora rugoſa *n. 12. Tab. 1321.*

NEeritoides eſt Conchæ turbinatæ genus hiatu amplo præditum, labro externo cochlearis ampli inſtar excavato, dorſo ut plurimum ſecundùm longitudinem ſtriato.

Neritoides variegata, elegans *n. 13. Tab. 1322.* Concha νηριτοειδής, altera, minor, variegata *Col. obſerv. lxix. La Caſſandre, ou la Harpe.*

Frequentiùs ſtriata *n. 14. Tab. 1322.*

STrombus eſt Conchæ turbinatæ genus oblongum, hiatu longo anguſtoque præditum; columellâ rugosâ, & claviculâ brevi inſtructum.

Strombus lævis *n. 15. Tab. 1322.*
—variegatus *n. 16. Tab. 1322.*
— labro exteriore craſſo & veluti pulvinato *n. 17. Tab. 1322.*
— minor, anguſtiori rimâ *n. 18. Tab. 1322.*

Erythræa

Digitized by Google

ERythræa eſt Conchæ turbinatæ genus claviculâ vix conſpicuâ donatum, dorſo gibboſo; unâ parte prominens, alterâ verò planum & hiatu longo ſectum in duo labia denticulata, ferè æqualia, in ſe introrſum convoluta.

Erythræa variâ, ad hiatum punctata *n. 19. Tab. 1321.*
—— variegata, & maculata *n. 20. Tab. 1321.*
—— punctata *n. 21. Tab. 1321.*
—— maculis fuſcis notata, lineâ latâ dorſum percurrente *n. 22. Tab. 1321.*
—— lituris punctuliſque maculoſâ, lineâ anguſtiore dorſum percurrente *n. 23. Tab 1321.*
—— maculoſa, major, lineâ anguſtâ ſupra dorſum ſerpente *n. 24. 1322.*
—— oblonga, oculata *n. 25. 1321.*
—— minor, albicans, interdum flaveſcens, dorſo protuberantiis inæqualibus exaſperato *n. 26. Tab. 1322.* Antalium officinarum quibuſdam, vulgò *Coris des Maldives.*
—— minor, variegata & faſciata *n. 27. Tab. 1322.*
—— omnium minima, rugoſa & ſtriata *n. 28. Tab. 1322.*

GAlea eſt Conchæ turbinatæ genus tuberoſum, claviculâ ejus vix ſe exerente & conſpicuâ, hiatu longo, anguſto, denticulato, & labro utroque reflexo, & ſe externè devolvente.

Galea tuberoſa & nodoſa *n. 29. Tab. 1321. Le Caſque.*

POrcellana eſt Conchæ turbinatæ genus ab Erythræâ diſtinctum labro externo in ſe introrſum minimè collecto aut ſaltem vix convoluto: à Strombo diſcrepans claviculâ vix conſpicuâ & columellâ.

Porcellana vulgaris *n. 30. Tab. 1322. La Porcelaine.*
—— vulgari ſimilis, utrinque acuminata *n. 31. Tab. 1322.*
—— vulgari ſimilis utrinque acuminata, minima *n. 32. Tab. 1322.*
—— Erythræam referens, major *n. 33. Tab. 1321.*
—— Erythræam referens, minor, acuminata *n. 34. Tab. 1322.*
—— Erythræam referens, minima *n. 35. Tab. 1322.*

PErſica eſt Conchæ turbinatæ genus ad Neritoidem & Erythræam accedens, hiatu amplo, inæquali, cochlearis inſtar excavato, utroque latere rictûs ſeſe internè colligente præditum.

Perſica major *n. 36. Tab. 1322.*
—— minor *n. 37. Tab. 1322.* Concha utroque latere ſeſe colligens *Col. obſerv. l. ix.*

INTER TESTACEA, BIVALVIA ET POLYSTACHIA ſequens genus locum habebit.

CAncellifera eſt Bivalvium genus pluribus teſtis, invicem loricatis conſtans.

Cancellifera, ſeu Anatifera falſò credita. Concha πεντεόστραχος, Cancellifera, Anatifera *Barr. Icon. 1296. n. 1.* Baſi latâ ſubtus hiante, quâ Cancellus rebus quibus innaſcitur, hæret, in medio ventricoſa, extremâ parte acuminata, Epiſcopalis Mitræ planè formam referens; unciâ paulò longior quæ longiſſima,

R iij dodrantem

dodrantem vix unciæ lata quæ latiſſima, duabus ſquamis majoribus partem inferiorem, latera, ventrem baſimque duabus minoribus, planis, mucronem quintâ carinatâ dorſum munientibus. Tota Concha nitidè ſplendens è cæſio albicat teſtâ tenui, ſed durâ; tenuis Cancelli hoſpita, imò propria domus & congenita in quâ & cum quâ generatur, creſcit vivitque. Cancelli hujus longitudo uncialis eſt aliis congeneribus ſimilis ternis aut quaternis pedibus tenuibus, teretibus, articulatis villoſiſque, nonnihil incurvis & falcatis, ſexunciâ longioribus hinc inde donatis præter pedes bifurcatos, craſſiores, ſed minores, geminos & hiſpidos utrinque. Unum caput exiguum acutum inter pedes depreſſum & verſus Conchæ cuſpidem obverſum; cauda illi dodrantem longa, carnoſa, articulata, molliſque nec teſtis tecta quæ fundo Conchæ hæret. Lignis, carinis, pumicibus, tophis aliiſque rebus mari merſis aut innatantibus numeroſâ congerie paſſim innaſcitur.

Cancellifera cartilagineâ mollique teſtâ. Concha μελαινόστρακος, Cancellifefera, Anatifera altera Lobelii *Barr. Icon. 1296. n. 11.* Superiori congener, licèt teſtâ molli cartilagineâ; Bivalvis itidem non tamen Oſtracodermos, nec è quinque teſtis compoſita. In Uvæ modum aut umbellæ potius racematim totidem pediculis, ſeu tubulis cartilagineis anulatis & rugoſis Laryngis ad inſtar, quot Conchis dives, adhærent ſimul quinque aut ſex in unum pediculum ejuſdem naturæ cavum & cartilagineum convenientes. Eæ coloris ſunt albo fuſci, compreſſæ, fructibus Amygdali ſimiles cortice molli & coriaceo, ſeu cartilagineo, flexili, unciâ paulò longiores, & mediâ unciâ nonnihil latiores quâ pediculo hærent latâ & rotundâ baſi in acutum deſinentes, quâ parte ſæpiùs hiant & exerunt pedes ſenos, incurvos, ad formam caudæ Gallinaceæ arcuatim inflexos quos pennarum Anatis rudimenta putant, at deliteſcentium viventium intus & innatorum Cancellorum pedes veri ſunt, cùm ſingula filamenta non ut pennæ alata ſint, ſed nodoſa articulata, rotunda & teretia. Cætera carnem Mitulorum referunt. Hæc ut mollior nonnullis villis erat obſita.

Anates ex hujuſce generis Conchis oriri, piſcatorum certè commentum eſt, & credulæ ſimplicitatis fabula.

INDEX

Digitized by Google

INDEX

GENERUM PLANTARUM.

A

ABies. 122
Abrotanum. 91
Abſinthium. *90
Acacia. 124
Acetoſa. 102
Aconitum. 78
Adiantum. 116
Agaricus. 118
Ageratum. 23
Agrimonia. 59
Agrimonoides. 59
Alcea. 8
Alchimilla. 103
Alkekengi. 17
Allium. 69
Alſine. 47
Althæa. 8
Alyſſoides. 41
Alyſſon. 40
Amaranthus. 45
Ambroſia. 80
Amomum. 127
Anacampſeros. 54
Anagallis. 17
Anagyris. 125
Anblatum. 23
Anemone. 56
Anonis. 73
Antirrhinum. 20
Aparine. 11
Apium. 59
Apocynum. 8
Aquifolium. 124
Aquilegia. 79
Arachidna. 77
Aralia. 58
Arbutus. 123
Argemone. 47
Ariſarum. 19
Arum. 18
Aſplenium. 116
Aſter. 94
Aſteriſcus. 101
Aſtragalus. 75
Atriplex. 103

B

BAlſamina. 77
Barba Jovis. 126
Belladona. 1
Bermudiana. 70
Betonica. 31
Bidens. 91
Bignonia. 20
Biſtorta. 104
Blattaria. 17
Boletus. 117
Brunella. 25
Bugloſſum. 15
Bugula. 37
Bulbocaſtanum. 60
Buphthalmum. 101
Buplevrum. 60
Burſa paſtoris. 40

C

CAlamintha. 28
Calceolus. 80
Campanula. 9
Capnoides. 78
Cardamine. 43
Cardamomum. 127
Carduus. 80
Carlina. 102
Caryophyllata. 57
Caryophyllus. 62
Catanance. 94
Cataria. 30
Centaurium majus. 87
Centaurium minus. 13
Chærophyllum. 60
Chamæbuxus. 126
Chamæceraſus. 124
Chamædrys. 35
Chamæmelum. 101
Chenopodium. 103
Chryſanthemum. 99
Cichorium. 94
Cicuta. 59
Cirſium. 87
Ciſtus. 55
Clematitis. 57
Clinopodium. 28
Cnicus. 87
Cochlearia. 39
Colchicum. 66
Coccos Indorum. 127
Contrayerva. 127
Convolvulus. 4
Conyza. 90
Conyzoides. 91
Corallina. 120
Coralloides. 118
Corona ſolis. 98
Coronilla. 126
Cotinus. 124
Cotula. 101
Crocus. 67
Cruciata. 12
Cyanus. 86
Cynocrambe. 115
Cynogloſſum. 17
Cyperoides. 114

D

DAucus. 62
Dens-Leonis. 93
Digitalis. 20
Doronicum. 98
Dracocephalon. 25
Dracunculus. 19

E

EChinopus. 91
Echium. 16
Eleagnus. 123
Elichryſum. 87
Ephedra. 122
Eruca. 44
Eryngium. 62
Eupatorium. 90

F

FAba. 70
Ferula. 61
Filago. 89
Filicula. 116
Filix. 116
Fœnum Græcum. 76
Fragaria. 58
Fraxinella. 80
Fucus. 118
Fumaria. 78
Fungus. 117

G

GAleopſis. 26
Gallium. 11
Garidella. 53
Geniſtella. 125
Gentiana. 2
Geranium. 55
Glans unguentaria. 127
Gnaphalodes. 80
Gramen. 104
Granadilla. 47
Gribegne. 127

H

HÆmanthus. 70
Hedyſarum. 71
Helianthemum. 50
Heliotropium. 17
Helleborus. 56
Herba Paris. 45
Herniaria. 105
Heſperis. 42
Hieracium. 93
Horminum. 23
Hyacinthus. 66
Hyoſcyamus. 12
Hypecoon. 45
Hypericum. 53

I

JAcea. 83
Jacobæa. 96
Jaſminum. 123
Imperatoria. 61
Juncago. 55
Juncus. 48

Kali,

K

Kali. 49
Ketmia. 9

L

Lactuca. 93
Lapathum. 102
Larix. 122
Lavandula. 30
Lauro-Ceraſus. 125
Laurus. 123
Lens. 70
Leontopetalon. 59
Leonurus. 26
Lepidium. 40
Leucanthemum. 99
Leucoium. 42
Lichen. 117
Liguſticum. 62
Lilac. 124
Lilio-Narciſſus. 69
Lilium. 69
Limonium. 65
Linagroſtis. 115
Linaria. 21
Linum. 65
Lithoſpermum. 17
Lonchitis. 116
Lotus. 71
Lunaria. 42
Lupinus. 71
Luteola. 78
Lychnis. 62
Lycoperſicon. 17
Lycopus. 26
Lytophyton. 121

M

Malacoides. 9
Malva. 8
Mandragora. 1
Marrubium. 28
Marum. 37
Matricaria. 100
Medica. 76
Medicago. 76
Melampyrum. 23
Melilotus. 73
Meliſſa. 28
Melongena. 18
Meſpilus. 125
Millefolium. 101
Moly. 70
Muſcus. 117
Myagrum. 38
Myrrhis. 60

N

Narciſſus. 67
Naſturtium. 39

O

Ocimum. 31
Omphalodes. 17
Onagra. 59
Ophiogloſſum. 117
Origanum. 127
Ornithogalum. 69
Oſmunda. 117
Oxys. 8

P

Panicum. 104
Papaver. 46
Paronychia. 103
Pedicularis. 22
Pelecinus. 77
Perſea. 125
Peucedanum. 61
Phlomis. 23
Phytolacca. 58
Pimpinella. 18
Pinus. 122
Plantago. 14
Polium. 33
Polygonatum. 1
Polygonum. 103
Polygoni vel Linifolia. 46
Polypodium. 116
Pſeudo-Acacia. 125
Pſeudo-dictamnus. 26
Ptarmica. 101
Pulmonaria. 16
Pyrola. 53
Pyrethrum. 100

Q

Quamoclit. 12
Quinquefolium. 58

R

Ranunculus. 56
Rapiſtrum. 38
Rapunculus. 10
Rapuntium. 20
Reſeda. 78
Rhamnus. 122
Ros Solis. 48
Rubeola. 14
Rubus. 124
Ruſcus. 1
Ruta. 53

S

Salicaria. 52
Salicornia. 115
Santolina. 91
Saxifraga. 52
Scabioſa. 92
Scirpoides. 114
Scirpus. 113
Sclarea. 24
Scorzonera. 94
Scrophularia. 20
Sedum. 53
Serpentaria. 19
Sideritis. 26
Sinapi. 44
Sinapiſtrum. 45
Sium. 60
Smilax. 58
Sonchus. 94
Sphondylium. 61
Spiræa. 124
Stachys. 26
Stœchas. 30
Stramonium. 13
Symphytum petræum. 127

T

Teucrium. 37
Thea. 128
Thalictrum. 56
Thapſia. 61
Thlaſpi. 38
Thlaſpidium. 39
Thymbra. 29
Thymelæa. 122
Thymus. 28
Tithymalus. 5
Toxicodendron. 124
Tordylium. 61
Trachelium. 15
Tragoriganum. 37
Tragopogon. 94
Tragoſelinum. 60
Tribulus. 54
Trifolium. 71
Turritis. 43

V

Valeriana. 15
Valerianella. 15
Verbena. 30
Veronica. 17
Viola. 77
Virga aurea. 96
Vitis. 124
Vulneraria. 70

X

Xeranthemum. 102

Y

Yuca. 70

Digitized by Google

TABLE FRANÇOISE.

A.

ABſinte d'Eſpagne à feüilles découpées fort menu. 1007
Acacia. 1384
Aconit à fleur jaune. 871
Aigremoine odoriferante. 604
Amarante. 435
Ambroſie. 907
Amelanchier. 1381
Amomum en grappe. 1393
Ancolie. 875
Anemone à fleur jaune. 574
Angelique à tige rouge. 617
Anthora. 874
Apocin de Canada. 65
Arbouſier. 1361
Aubifoin des montagnes, à feüilles étroites. 964
Auronne d'Eſpagne. 1014

B.

BAlſamine à fleur jaune. 855
Baſilic ordinaire. 296
Baſilic à feüilles de cheſne. 300
Belladone. 785
Ben blanc. 1399
Benoite des Alpes. 588
Beree. 630
Bluet ou Aubifoin des montagnes à feüilles étroites. 964
Boucage. 615
Brunelle d'Italie à fleur couleur de chair. 239
Bugle. 349
Bugloſe ſauvage. 136
Buiſſon ardent. 1379

C.

CAlament de montagne à fleur purpurine. 265
Camomille du bord de la mer. 1110
Campanule de montagne à feüilles étroites. 77
Capillaire de Canada. 1269
Cardinale couleur de feu. 185
Caſſie. 1366
Cataire d'Eſpagne. 289
Cedre. 1345
Ceterac ordinaire. 1271
Chardon à feüilles d'Acante. 909
Chicorée épineuſe. 1056
Chiendent. 1154
Choux Caraibe du P. du Tertre. 173
Ciguë de montagne. 612
Ciouтат. 1371
Colchique à fleur blanche. 706
Concombre de mer de Rondelet. 1312
Coquelicoc à fleur double & couleur de chair. 473
Coqueret à petites bayes rangées comme par anneaux le long des tiges. 160
Coqueret des Indes. 161
Coqueret de Virginie. 162
Coralline. 1327
Crapaudine de Candie, à fleur jaune. 254

D.

DEnt de Lion à feüilles de Velar. 1041
Dictame blanc. 905
Digitale d'Eſpagne à petites fleurs rouges. 187
Doronic à feüilles arrondies. 1090

E.

EBene de Candie. 1389
Endive ſauvage, épineuſe. 1046

F.

FAux Dictame d'Eſpagne à feüilles blanchâtres & veluës. 249
Fleur de la Paſſion. 477
Fraiſier à fleur double. 590
Fraxinelle. 905
Fumeterre d'Eſpagne. 869
Fuſtet. 1368

G.

GArde-Robe. 1018
Grande Centaurée des Pyrenées. 968
Grande Centaurée des Alpes. 969
Grande Gentiane à fleur pâle. 7
Grande Gentiane à fleur purpurine. 9
Grande Joubarbe des montagnes. 550
Guimauve Arbre. 69

H.

HErbe aux Mittes, à fleur blanche. 158
Herbe aux verruës à grandes fleurs. 151
Herbe ſans coûture. 1279
Hormin. 225
Houx Frelon à feüilles larges. 4

J.

JAcée de Portugal. 932
Jacinte à fleur ſimple. 693
Jacinte à fleur double. 695
Jacobée ordinaire. 1076
Jacobée vivace. 1075
Jaſmin de Virginie. 186
Jaſmin Jonquille. 1359

S

Digitized by Google

Immortelle ou Stœchas citrin ordinaire. 974
Jonc. 489
Juliane qui n'a point d'odeur. 405
Juſquiame de Candie. 107

L.

LAitron qui croiſt au bord de la mer. 1048
Laituë ſauvage, épineuſe. 1046
Langue de Serpent. 1279
Lavande à feüilles découpées. 282
Laurier Alexandrin. 6
Laurier Ceriſe. 1377
Laurier Royal. 1358
Lentille du Breſil. 795
Lilac de Perſe. 1365
Lin à feüilles larges, & à fleur blanchâtre. 670
Linaire odorante, à fleur couleur de pourpre. 201
Liſeron de Portugal à fleur bleuë. 28
Lis Martagon de Canada. 778
Lonxite. 1263
Lotier hemorroidal. 805
Lupin à fleur jaune. 800

M.

MAndragore femelle. 1
Maniguette. 1394
Marguerite des Indes. 1097
Marrube d'Eſpagne à feüilles ſoyeuſes & argentées. 263
Matricaire à feüilles de Tanaiſie. 1106
Mauve d'Italie à grande fleur purpurine. 66
Mayenne ou Melongene à fruit long. 164
Mayenne à fruit rond. 165
Meleze. 1344
Meliſſe d'Italie, veluë & moins agréable que la vulgaire. 264
Morille rouge. 1291
Morille jaune. 1292
Mourron d'Eſpagne, à grandes fleurs. 154
Mufle de Veau à fleur pâle. 190

N.

NApel. 873
Narciſſe à fleur blanche, ou *totus albus*. 711

O

OEil de bœuf. 1113
Orpin à fleur purpurine. 560
Orpin de Portugal, à fleur blanchâtre. 561
Ozeille d'Amerique. 1128

P.

PAnache de mer de Rondelet. 1213
Panis de Marais. 1151
Patience à feüille de Gaude. 1130
Pavot épineux. 476
Pediculaire à feüilles du petit Cheſne. 206
Perce-feüille annuelle. 621
Petit Baſilic. 311. 312
Petit Baſilic violet. 313
Petit Cyprès. 1018
Petit Houx à feüilles larges. 4
Petite Biſtorte. 1150
Petite Centaurée à fleur blanche. 110
Petite Feve. 799
Petite Verge dorée des montagnes. 1069
Pié de Lion des Alpes à feüilles & tiges veluës. 1139
Picea. 1342
Pimprenelle à feüille d'Aigremoine. 167
Pimprenelle de Canada. 166
Pimprenelle épineuſe. 168
Pin ſauvage. 1343

Q.

QUeuë de Pourceau. 619

R.

RAiponce. 88
Raiſin de Corinthe. 1370
Renoncule du Levant, à fleur ſimple. 575
Renoüée à feüilles étroites. 1141
Repriſe à fleur purpurine. 560
Repriſe de Portugal à fleur blanchâtre. 561
Ronçe de Canada. 1375
Ronçe de S. François. 1373
Roquette ſauvage à feüilles de Tabouret. 422
Roſe de Cayenne à fleur double. 74

S.

SAbot de Noſtre-Dame. 906
Saffran d'Italie à feüilles larges. 708
Salicor. 1261
Scabieuſe d'Eſpagne à feüilles entieres. 1031
Scrophulaire à fleur jaune. 188
Seau de Salomon à fleur odorante. 3
Serpentaire. 178
Soude veluë d'Eſpagne. 502
Stœchas citrin ordinaire. 974

T.

TErre-noix. 613
Thé ou Té. 1403
Thim de Crete. 270
Thim d'Eſpagne. 271
Titimale, Arbre. 37
Titimale doux. 45
Tubereuſe. 705
Tulipe du Cap de Bonne Eſperance. 792

V.

VAleriane bulbeuſe de Candie. 132
Veronique mâle, droite. 155
Verveine de Canada, à feüille d'Ortie. 284
Vigne vierge. 1372
Violette de Mars ſans odeur. 856
Viperine à feüilles de Plantain. 145
Vulneraire. 796

PRIV.

Digitized by Google

PRIVILEGE DU ROY

LOUIS par la grace de Dieu Roy de France & de Navarre : A nos amez & feaux Conſeillers les Gens tenans nos Cours de Parlement, Maiſtres des Requeſtes ordinaires de noſtre Hoſtel, Grand Conſeil, Prevoſt de Paris, Baillifs, Sénéchaux, leurs Lieutenans Civils, & autres nos Juſticiers qu'il appartiendra : Salut. Noſtre Academie Royale des Sciences Nous ayant très-humblement fait expoſer, que depuis qu'il Nous a plû luy donner par un Reglement nouveau de nouvelles marques de noſtre affection, Elle s'eſt appliquée avec plus de ſoin à cultiver les Sciences qui font l'objet de ſes Exercices ; en ſorte qu'outre les Ouvrages qu'Elle a déja donnez au public, Elle ſeroit en état d'en produire encore d'autres, s'il Nous plaiſoit lui accorder de nouvelles Lettres de Privilege, attendu que celles que Nous luy avons accordées en datte du 6. Avril 1699. n'ayant point de temps limité, ont été déclarées nulles par un Arreſt de noſtre Conſeil d'Etat du 13. du mois d'Aouſt dernier. Et deſirant donner à ladite Academie en corps, & en particulier à chacun de ceux qui la compoſent, toutes les facilitez & les moyens qui peuvent contribuer à rendre leur travaux utiles au public ; Nous avons permis & permettons par ces Preſentes à ladite Academie, de faire imprimer, vendre & debiter dans tous les lieux de noſtre obéïſſance, par tel imprimeur qu'Elle voudra choiſir, en telle forme, marge, caractere, & autant de fois que bon luy ſemblera : *Toutes les Recherches ou Obſervations journalieres, & Relations annuelles de tout ce qui aura été fait dans les Aſſemblées de l'Academie Royale des Sciences* ; comme auſſi *les Ouvrages, Memoires ou Traitez de chacun des particuliers qui la compoſent*, & generalement tout ce que ladite Academie voudra faire paroiſtre ſous ſon nom, lors qu'après avoir examiné & approuvé leſdits Ouvrages aux termes de l'article xxx. dudit Reglement, elle les jugera dignes d'eſtre imprimez : & ce pendant le temps de dix années conſecutives, à compter du jour de la datte deſdites Preſentes. Faiſons très-expreſſes défenſes à tous Imprimeurs, Libraires, & à toutes ſortes de perſonnes de quelque qualité & condition que ce ſoit, d'imprimer, faire imprimer en tout ni en partie, aucun des Ouvrages imprimez par l'Imprimeur de ladite Academie ; comme auſſi d'en introduire, vendre & debiter d'impreſſion étrangere dans noſtre Royaume, ſans le conſentement par écrit de ladite Academie ou de ſes ayans cauſe, à peine contre chacun des contrevenans de confiſcation des Exemplaires contrefaits au profit de ſondit Imprimeur, de trois mille livres d'amende ; dont un tiers à l'Hoſtel-Dieu de Paris, un tiers audit Imprimeur, & l'autre tiers au Dénonciateur, & de tous dépens, dommages & intereſts : à condition que ces Preſentes ſeront enregiſtrées tout au long ſur le Regiſtre de la Communauté des Imprimeurs-Libraires de Paris, & ce dans trois mois de ce jour : Que l'impreſſion de chacun deſdits Ouvrages ſera faite dans noſtre Royaume & non ailleurs, & ce en bon papier & en beaux caracteres, conformément aux Reglemens de la Librairie ; & qu'avant que de les expoſer en vente il en ſera mis de chacun deux Exemplaires dans noſtre Bibliotheque publique, un dans celle de noſtre Château du Louvre, & un dans celle de noſtre très-cher & feal Chevalier Chancelier de France le Sieur Phelypeaux Comte de Pontchartrain, Commandeur de nos Ordres, le tout à peine de nullité des Preſentes ; du contenu deſquelles Vous mandons & enjoignons de faire joüir ladite Academie ou ſes ayans cauſe pleinement & paiſiblement, ſans ſouffrir qu'il leur ſoit fait aucun trouble ou empêchemens. Voulons que la copie deſdites Preſentes qui ſera imprimée au commencement ou à la fin deſdits Ouvrages, ſoit tenuë pour dûëment ſignifiée, & qu'aux copies collationnées par l'un de nos amez & feaux Conſeillers-Secretaires, foy ſoit ajoûtée comme à l'original : Commandons au premier noſtre Huiſſier ou Sergent de faire pour l'execution d'icelles tous Actes requis & neceſſaires, ſans autre permiſſion, & nonobſtant Clameur de Haro, Chartre Normande ; & Lettres à ce contraires : CAR tel eſt noſtre plaiſir. DONNÉ à Verſailles le neuviéme jour de Fevrier, l'an de grace mil ſept cens quatre, & de noſtre Regne le ſoixante & uniéme. Par le Roy en ſon Conſeil, LE COMTE.

Regiſtré ſur le Livre de la Communauté des Libraires & Imprimeurs de Paris, Numero CVI. *page 136. conformément aux Reglemens, & notamment à l'Arreſt du Conſeil du 13. Aouſt dernier. A Paris ce 13. Fevrier 1707.* P. EMERY, *Syndic.*

Je conſens que Monſieur Ganeau faſſe imprimer, & qu'il ſe ſerve du Privilege que l'on m'a cedé pour les Ouvrages de l'Academie des Sciences, le Livre intitulé *Icones & Deſcriptiones Plantarum per Galliam, Italiam, &c. à Barreliero obſervatarum, in-folio,* avec des Planches en Taille-douce. A Paris ce 13. Octobre 1713. RIGAUD.

Regiſtré ſur le Regiſtre Numero 3. page 667. de la Communauté des Libraires & Imprimeurs de Paris, conformément aux Reglemens, & notamment à l'Arreſt du 13. Aouſt 1703. A Paris ce 5. Novembre 1713. L. JOSSE, *Sindic.*

Digitized by Google

ERRATA.

In Indice Auctorum. *ſub titulo Flor. Pruſſ. quaſ.* pro Lozelii præſicit, *lege* Loeſelii præfixit.

In Obſervationibus. *Cuilibet citationi menſis, in quâ* menſis *vox deeſt, addatur. Quoties* Caricta, *toties lege* Carecta. *Ubi* Stæchas, Stæbe, *lege* Stæchas, Stoebe. Caracter, *lege* Character.

N°. 8. *lin.* 5. æquanti, *lege* æquante. *N°.* 35. *lin.* 3. multiſidus, *lege* multifidus. *N°.* 44. *lin* 5. ſubineana, *lege* ſubincana. *N°.* 45. *lin.* 3. Timale, *lege* Titimale. *N°.* 223. *lin.* 12. filiorum, *lege* foliorum. *N°.* 239. *lin.* 5. latifolia, *lege* lata. *lin.* 9. late, *lege* lætè. *N°.* 245. auguſto, *lege* anguſto. *N°.* 248. *lin.* 1. actabulis, *lege* autabulis. *N°.* 260. *lin.* 2. fœditiſſima, *lege* fœtidiſſima. *N°.* 279. *lin.* 2. venticillatum, *lege* verticillatum. *N°.* 280. *lin.* 3. ſylveſtræ, *lege* ſylveſtre. *N°.* 335. *lin.* 10. fabuloſo, *lege* ſabuloſo. *N°.* 339. *lin.* 4. capitat, *lege* ceſpitat. *N°.* 364. *lin.* 1. fructicoſum, *lege* fruticoſum. *N°.* 407. *lin.* 10. tetrapeta, *lege* tetrapetali. *N°.* 480. *lin.* 6. pentapetolo, *lege* pentapetalo. *N°.* 505. polyſpermon, *lege* polyſpermos. *N°.* 543. Androſocmum, *lege* Androſæmum. *No.* 669. *lin.* 3. luſu, *lege* luſus. *No.* 689. *Πελυαλάσιυ*, *lege Πελύπλαριυ*. *No.* 711. *la Narciſſe blanche*, lege *le Narciſſe à fleur blanche*. *No.* 714. *la Narciſſe*, lege *le Narciſſe*. *N°.* 852. *lin.* 3. obſtuſiora, *lege* obſcuriora. *No.* 860. *lin.* 4. atropureo, *lege* atropurpureo. *No.* 1066. *pag.* 96. *lin.* 5. folis, *lege* foliis. *N°.* 1109. *lin.* 2. Tenacetum, *lege* Tanacetum. *N°.* 1177. *pag.* 107. *lin.* 1. Alocuperoides, *lege* Alopecuroides. *No.* 1339. *lin.* 3. tophaceaque innaſcens, *lege* tophaceaque corpora innaſcens.

In ſpecimine Inſectorum marinorum, *in ſecundâ holthurii ſpecie pro* Ovis ſepiæ fœcundis, *lege* Oves ſepiæ ſterilibus ſeptum.

Ad 5. ſpeciem Erythræa maculosâ, *lege* maculoſa.

In Iconibus *autem quæ reperiuntur errata, emendantur in Indice generali earumdem Iconum; ſicuti & errata quæ in numeris irrepere potuiſſent, delentur in eodem Indice generali.*

Cæteris Lector benevolus *parcat.*

ICON.

APPROBATIO.

Illuſtriſſimi viri D. D. GUIDONIS CRESCENTII FAGON, *Regi ab omnibus Conſiliis & Archiatrorum Comitis.*

ORacula Sibyllæ Cumanæ ſiccis arborum foliis ordine diſpoſitis malignè commiſſa, & inducto venti turbine diſperſa, irreparabile damnum credidit Antiquitas : in caſu non diſſimili, nobili laudum, & indignationis ſtimulo incitatus, aſſurgit injurioſi ultor ſilentii magnanimus *De Juſſieu*, qui tandem Botanices minus ſtudioſis cuſtodibus & ærugini raptas, tot laborum illuſtris *Barrelieri* relliquias, inordinatas, benevolis, & de tantâ jacturâ dolentibus lectoribus, fere reſtitutas exponat. Ille nimirum vix puer, impatiens ſcire poteſtates herbarum, clam, è domo paternâ raptus ad Alpes velut alter Hercules, non quidem angues in cunis elidere, ſed rupium anfractus & montium voragines audax exilire ut latentes, vitæ quanquam periculo, redimeret ſtirpes, quas congeneribus collocatas, variiſque in locis, & anni tempeſtatibus obſervatas, certis tandem ſignis, ſuas ad ſpecies adduceret. Quibus ſenſim artibus inſtructus, mutilas *Patris Barrelieri Icones Plantarum*, ærugine corroſas, ordine perverſo confuſas, floribus & ſeminibus plerumque orbas, lynceis oculis & doctis conjecturis, quaſi vaticinando, qui tenebris eriperet, ſurrexit animoſus interpres. Quæ quidem peritiæ ferè incredibilis argumenta, fidem vix obtinerent, ſi tot non haberent teſtes, viri hujus indefeſſi labores, quot habuit auditores, dum in horto Regio, Me ſtatuente, profeſſoris vices gerens, plantas certis nominibus inſtructas, ſua ad genera reductas, & virtutum honore decoratas, adſtantibus indicaret. Nec minus intereà ; per biennium, in ſcholæ Pariſienſis ſubſelliis, ſtadii Medici exercitiis incumberet, ut Monſpelienſem purpuram, oſtro Pariſienſi recoctam iterum Doctor indueret. Nullo interim otio, indutiarum tempore, quam Botanicarum perigrinationum adoptivo labore recreatus. Natum igitur virum hunc, impavidam rebus in arduis ſervare mentem, magnâ dignum laude, & artem quâ *Patris Barrelieri Iconum* chaos diremit, merito cum plauſu approbandam cenſemus. Marlitiis, quarto decimo Kalendarum, anno M. DCC. XIV.

FAGON.

Digitized by Google

Extrait du Regiſtre de l'Academie Royale des Sciences, du 23. Decemb. 1713.

MEſſieurs Geoffroy & Chomel, qui avoient été nommez pour examiner un Manuſcrit préſenté par Monſieur De Juſſieu, & intitulé, *Plantæ per Galliam Hiſpaniam & Italiam obſervatæ, &c.* en ayant fait leur rapport, la Compagnie a jugé que cet Ouvrage méritoit d'eſtre imprimé. En foy de quoy j'ay ſigné le préſent Certificat. A Paris ce vingt-quatriéme Decembre 1713.

FONTENELLE, Secret. perp. de l'Ac. Roy. des Sc.


Digitized by Google


ICONES PLANTARUM
PER
GALLIAM, HISPANIAM ET ITALIAM
OBSERVATĀR.
AD VIVUM EXHIBITARUM.
A R.P. JACOBO BARRELIERO,
OPUS POSTHUMUM,
Editum
Cura & Studio ANTONII DE JUSSIEU
Medici.
PARISIIS
Apud STEPHANUM
GANEAU
Via Jacobæa
M.DCCXIV.

Digitized by Google



Gramen Cyperoides Typhinũ latifol·min·



Gramen paluſt·locuſti Erucæ formibus·




I·Gr. Sparteũ alopec. ſpica ſericea grumosa.
II·Gr. ſpartaũ alopec·ſpica seric. plumos. typhina.




Gramen Sciurum seu Alopecurum minus heteromalla panicula.


Digitized by Google




Gramen Loliaceum iunceum maius.



Gramen Loliaceum iunceum minus




Gr. Miliaceum aquat. Brizæ locuſtis ſem. rufo.




Gr. paluſtre Arundinaceum Milij panic. ſemine Phalaridis.


Digitized by Google




I.Gr. Phalar mai aceros erecta parua paniculata
II.Gr. Phalaroides Verrus bulbosa radice .



Gr. Typhinum Phalaroides aruense bulbosa rad.



Gramen prat. alopecour. Sericea pannic.




Gramen pratense, iunceum, nutante, ampla, Spar-
ſa, et bombicina panicula.

Digitized by Google

Digitized by Google



I Gr. Spartei longa et Spicata panic Loly viricul-Festuca potius maius
II Gr. Sparteum Alopecuroides Spica Sericea.



I. Gr. Typhinum longiss. Spica, phalar. molli, albic.
II Gr. Typhinu minori spica, phalar. duriore, Subfusca.



I Gr Phalaroides maius ferrugin. nutante panicula.
II Gr Phalaroides min erecta collectaque panic.




Gr. Tremulum seu Phalaroides minus lata sparsa panicula.


Digitized by Google




I. Gr. Sparteum Bromoides longioribus et erect. Virc.
II G. Spart. Bromoid. brevior. Viric. nutante panic.



I. Gr. Sparteum Bromoides panicula spicata mai. Vernal.
II. Gr. Sparteum Festucum seu Aegilops spartea villosa




I. Gr. Sparteum Cyperoides echinata spica nemo-
rum maius.




II. Gr. Cyperoid. echinata et rara spica nem. minor
III. Gr. Cyp. palust. echinata spica medium.

Digitized by Google


Digitized by Google




Gr typh. spica conoide striata cul violac. I
Gr. typh. iunceum perenne II



Gr. Typh. pratense tuberoſ. spica. aspera. II
Gr. typhin. aturadic tube. spic. aspe. longuo I



Gr tremulum Seu Phalaroides majus erecto Panic Irusum II Cinnum.



Gr Phalar majus acerosum nutante spica I
Gr Phalar minus erecta spic Obliq aristis. II

Digitized by Google


Digitized by Google



Gr Sparteum Spicata Brizæ panicul et corniculati



I Gr Spicatũ fol aspero spica grumosa long II breviore



Gr Tiphinum Plantag spica glum digitat hetero:mallon. I majus II minus



Gr minimum spica globosa echinata . I
Gr Typh paniceum vinculat amplo vinc. II

Digitized by Google

Digitized by Google

29



Mandragora foemina flore cæruleo

30



Malum Aethiopicum fructu luteo An Mandragora Theophr.!

31



Aquilegia cornicul. fl albo minore.

32



H

Aquilegia cornicul. fl. cæruleo minore

Digitized by Google



Gnaphalium vulgare mai. fl. citrino amplo Hispan.



Gnaphalium syriacum fl. purpureo.



Eryngium umbellatum hiſp.




Eringium minimum trifidu hiſp.

Digitized by Google

Digitized by Google


37

Filix florida minor hisp.


38

Polypodium majus Serrato folio


39

Geranium Batrachoides fl. purp. reflex. Italicum


40

K

Geranium mont. rotundifol. perenne flore purp. majori


Digitized by Google

41



Fumaria tenuifolia erecta purpurea. hiſp.

42




Fumaria Henneaphyllos hiſp ſaxatilis fl. vario

43



Gr. Eranthemum seu Eragrostis phalar. paniculatum multiplici et tenui Bryzæ spica.

44



Gr. Phaloroides sparsa panic. minim. angusti fol. I
Gr. Phalar. sparsa Brizæ panic. minus. II

45



Gr. Cyperoides latifoliũ typha pendula longiore

46



Gramen ſparteum pinnatum maius.




[illegible] Helvetica ampl [illegible]




Gentianella annua azureo flore

Digitized by Google

Digitized by Google




Gramen arvenſe filicina durior panic. gracilius



Gramen arvenſe Polypodij panicula craſſiore




I Pneumonanthe Cordi quoad fig.
II Gentiana minima Matth.



I Gentianella ſeu Campanula prat. Lugd.
II Gentianella ſeu Calathiana Viola Lugd.

Digitized by Google

Digitized by Google




Gr. Typhinum supinum tuberos. spica aspera.



Gr. aquat. Typhinum Supinum Italicum minus




Spondylium glabrum montanum albo flore




Spondilium vulgare folys acute incisis

Digitized by Google

Digitized by Google



Gallium album minimum Στανόσπερμον



Aparine minima flore albo



Gel..minum Clematitis flore igneo amplo seu Virginianum



Conuoluulus pinnato folio muriceo Gelsemini flore.

Digitized by Google

Digitized by Google



…elſeminum aurantii folio, flore albo duplici, odoratiſſimum ſeu Alexandrinum



Gelſeminum trifolium odoratiſſimum ſempervirens, exoticum ſeu Indicum



Gentiana mai. Vulg. pallido et paruo flore



Gentiana mai purpureo flore 1 Clu…

Digitized by Google



Gentiana maior cruciata flo. cæruleo erectior



Gentiana min. cruciata flo. purpureo supina




Geranium Hæmatodes purpureum paruo flore Ital




Geranium noctu odorum Indicum, Geran triste Cornuti

Digitized by Google

Digitized by Google



Gentiana Alp. mai flo. aureo et purp. obsoleto



Gentiana Asclepiadis folio.




Eupatoria folijs Enulæ seu latifoliæ



Apocynum minus rectum canadense

Digitized by Google

Digitized by Google



Gnaphalium ma. album repente, et ceſpitoſa radice.
I



II Gnaphalium ma. fl. citrino amplo.



I Feſtuca graminea glumis hirſutis, erectior.
II Feſtuca Dumetorum Vtriculis lanugine flaueſcen



I Bromos ſterilis erecta panicula maior.
II Gramen Bromoides feſtucea tenuiq panic. min

Digitized by Google

77



Ferula durior seu rigidis et breuiſſimi fol.

78



Peucedanum Ital. longioribus fol. seu Maius

79



Kali minus tenuifol. incanu fruticosu Siculum.

80



V

Dentaria mai. ἄφυλλος Orobanchæ facie.

Digitized by Google


Digitized by Google



Gallium Villosum



Gallium aquaticum fl. albo



I Festuca graminea hirsutis Brizæ glumis copactior.
II Festuca gracilis paucis Voriculis.



Gr. Phalaroides Sparsa et nutante Brizæ panicula obliquis ariſtis minus.

Digitized by Google

Digitized by Google



Esula minor πολυχλωρες aculeata



Pitiuſa frutic anguſtis acutisq́ folijs minima



Geranium minus Saniculæ fol· albo flore·



Ranunculus albus Apenninus Saniculę mai fol·

Digitized by Google

Digitized by Google

89



Fragaria flore pleno fructu rubello

90



Fragaria Spinoso fructu

91



Gentiana cœrulea punctata annua Pennæi. XII. Clusij.


92



Gentiana concaua Anglica Gerar

Digitized by Google

Digitized by Google




Gr. Bufonium ſupinum mollius ſeu Vmbellatum.



Gr. Bufonium glomeratis Vtriculis.



I. Gr. Auenaceum anguſtifol. panic. pyramidali
II. Gr. Auenac. latifol. min. Sparſa panicula.




I. Gr. Auenac. longa erectaq. panicula Violac.
II. Gr. Auenac. tenui ſpicataq. panic. albis Vtric.

Digitized by Google

Digitized by Google

97



I Gentiana cœruleæ fimbriata anguſtifolium autumn Col II Gentianella purp. minim. Col.

98



Gentianella alp verna minor. Subrotundo folio flore cœruleo.

99



I Gr. feſtuceum myurum min Spica heteromalla
II Gr. feſt myurum elatius Spica heterom. gracili.


100



Gramen exile iunceum mollius feſtuca panicula, radice rufa:

Digitized by Google


Digitized by Google



I Gentianella autumn. serpillifolia Bauar. mai.
II Gentianella aut. Serpillifolia fl. crenato Bauar. min.



Gentianella autumn. annua cœruleopurp. multiflo.



I Gentianella fugax æstiua cœrulea minor
II Gentianella fugax aut. stellata cœrul. min.
III Gentianella fugax Clus.




Gentianella fugax Alpina flore aureo

Digitized by Google



Gentianella Alp. Lato rotundiore fol. fl. amplo reflexo colore azureo



Gentianella Alp. Lato acuto fol. fl. minus patulo albo est: et cæruleo et cæsio




Fumaria tuberosa insipida, Canadensis




Fumaria Siliquosa Semper virens Canad. flore carneo, rictu aureo

Digitized by Google




I Gentianella minor Verna cærulea Stellato flore Clus.
II Gentiana min. cærulea Stellato, et p. oris crenato fl. Bal.



I Gentianella min. ακαυλος Viol. et max Conuolbuli flore
II. Gentianella min. purp. Violæ Marianæ flore




I. Gr. Hordeaceum minimum. II. Zea Briza barbata
III Zea Diosc. mutica πολύςαχυς min.




I. Gr. Hordeac. διςιχον mai. ciliaribus glumis, durius.
II. Gr. Secalinum bulbosa radice seu ex Alepo B.

Digitized by Google

Digitized by Google



I. Gr. Cyperoides latifol. typha erecta minus
II. Gr. Cyperoides angustifol. typha nutante minus



I. Iuncus repens ακροκαρπος minor botroides
II Iuncus repens grumosa, et echin-spicata




I. Gr. Alopecouri minus Spic. Viresc. diuulsa
II. Gr. Alopec. mai Spica Viresc. diuulsa pilis longior.




Gr. Alopecorii molle Spica incan. I. acuta minor
II. obtusa maius.


Digitized by Google



I·Gr. Iunceum nodoſum minimum capillare.
II·Gr. Iunceum ſpicatum minus.



I·Iunc.gram·Cyperi rud tenuifol·elatior
II·Iunc.gramin minim·capillari fol capite ſquam



Kali Vermiculatum albo globoſo flore




Kali Moluginis folio Vmbellatum.


Digitized by Google




Gentiana autumn·min·ann·fl·cœrul·cruciato ad latera piloso·Fugax



I·Pneumonanthe Lob. Dod. Clusy·Geror
II·Gentianella cœrulea cordata Col.



I.Gr. alopecurum viridi et molli spica.
II.Gr. alopecurum spica aspera.



I.Gr. alopecurum Spica glumosa lut. Villis crisp.
II.Gr. Myurum Spica e Viridi albescente.

Digitized by Google

Digitized by Google




Lilio-Martagon Canadense luteu maculis purp.



Lilio narciss. Ind polyanthes coccineu minor.



II [illegible] caulice IV Rosea hortens [illegible] II lat. fol. [illegible] III Gnaph. Leontop. erectum Gnaphal Leontopodiu [illegible] IV [illegible]




V Gnaphal. ro[illegible] serpilli fol VI Gnap. erectu angustifolium VII Gnaph. bombicinum serpilli fo. minim VIII Gnaph. Leontopodium erectum.

Digitized by Google



Dyctamnus falſus Verticillat. Pericarpio choanoide Cret:



Dyctamnus Creticus Verticillatus odoratus



Eruca Viminea Iberidis folio luteo flore



Eruca Sylueſtris flore albo Italica

Digitized by Google

133



Dorychnium luteum hiſp- carnoſius

134



Dorychnium luteum majus

135



Endiuia maior Lactucina ſpinosa

136



Endiuā minor Lactucina ſpinosa

Digitized by Google

Digitized by Google



Iacea hisp. latifol. neruis fol. lanuginosis.



Stoebe Pinea amplo capite.



Iacea min. purp. paruis è integris fol.




Iacea tenui fol. purpurea hisp.

Digitized by Google

Digitized by Google

141



Iacea min. Stœchadis citrinæ fol.

142



Iacea pumila sup. purp. integro folio.

143



Carduus ſphærocephalus latifol. albus.

144




N. 1

Carduus ſphærocephalus tenuifol. violaceus

Digitized by Google

Digitized by Google



Iacobæa mont. integro rotundo fol



Iacobæa mont. integro Sublongo folio



Serpentaria digitata uulg. fructu rubro



Serpentaria digitata mai. Indica fructu pallido


Digitized by Google




Solanum mai' uesicarium coralloides



Solanum maius racemosum



Solanum Vesicarium annuum erectum




Solanum Vesicarium annuum procumbens.

Digitized by Google


Digitized by Google

153



Iacobæa incana repens herba

154



Marrubium aquaticum incanum profundè inciſis folijs

155



Siſymbrium mont. tenuifolium fl. muſcoſo purpur.

156




Q. 1

Siſymbrium mont latifol flore purpureo

Digitized by Google


Digitized by Google

157



Conyza marina tuberoſa

158



Conyſa mont. Saxat. Hiſſopi folio villoſo et glutinoſo hisp

159



Jacea minor globulariæ folio flore purp. hisp.

160



R 1

Jacea minima hieracij folio Capite Spinoſo hisp.

Digitized by Google



Jacea minima tinui folia erecta. hiſp.



Jacea minima globularia folio flore purpur. hiſp



Scabioſa mont. integro Subrotundoq; folio, hiſp. minor



Scabioſa mont. integro folio Subrotundoq; hiſp. minima

Digitized by Google

Digitized by Google

165



Scabioſa mont. integro fol. hiſp. maj-

166



Scabioſa mont. integro, anguſteq; fol. hiſp. min.

167



Horminum minus Betonicæ fol. flore purpureo

168



T. 1

Horminum hæmatodes minor flore purpureo

Digitized by Google

Digitized by Google

169



Hyacinthus cæruleus pleno flore præcox. Ital. Fiorentino

170



Hyacinthus cæruleus pleniſſimo flore Serotinus. Ital. Stradoppio

171



Sideritis montana trifido folio

172



V.1


Sideritis montana Hyſſopi folia minor.

Digitized by Google

Digitized by Google



Hyacinthus purpuroviolaceus Serot Semi duplex ουλλογόρες Nal Condus



Hyacinthus roſeus cæruleus fl. duplici.



Hyacinthus Orient parvo fl. Πολυανθης Serot cæruleus



X 2

Hyacinthus cæruleo violaceus, caule Folioſo

Digitized by Google

Digitized by Google



Iacea pumila incana ceſpitosa latiuſculis foliolis.



Iacea pumila incana ceſpitosa tenuifolia.



Iacea pumila incana tenuifolia capite ſpinoſo erecta.



Iacea pumila incana tenuifolia capite ſpinoſo ſupina.

Digitized by Google

181



Iacea pumila tenuifolia ſupina capite breui Spinoſo.

182



Iacea pumila tenuifolia ſupina capite breui non Spinoſo.

183



Hyacinthus Stellatus cæruleo-violaceus, Campanulat.

184



Z 1

Hyacinthus Stellatus cæruleus Borraginis flore.

Digitized by Google



[illegible] Sylu. [illegible] glabrum fl. cæruleo



Horminum Sylu. maj haſtato fol. fl. cæſio hiſp.



Horminum Sylu. maj. fl. albo integris folijs




A 2

Aethyopis laſciniatis foliiſ

Digitized by Google




Helichryſum triſidis folijs hiſp. majus



Helichyſum triſidis hiſpanicũ minus



Kaly polygonoides frutex Polyſperm.



B. 2.

Kaly geniculatum

Digitized by Google




Faba minor.



Lens Brasiliana minor. fl. subcæruleo.




1 Erucula hirſuta floribus albis. 2. Erucla flore rubello hiſp.



Eriſimum & precox flore carneo.


Digitized by Google

197



Eſula fruticans, Seu Pithyuſa Romanorum.

198



Tithymalus nemoroſus Villoſus m...

199



Horminum ſylu. hirſutus Lampſanæ fol. flo. cæſio.

200



D. 2.

Horminum ſubrotundo folio flore cæſio hiſp.

Digitized by Google

Digitized by Google



Solidago Maxima Americana



Scordium Spinoſum odoratum Annuum.




I. Iuncus marit. Spica ſubrot: glumoſa.
II. Iuncus marit. Sorghi panicula Vriculata.



I Iuncus cacumine reflexo min. panicula maiore II. mai. panicula minore.

E 2.

Digitized by Google



Kali Vermiculatum, hiſp. incanum fruticans



Kali Vermiculatu hiſp. Viride fruticans



Horminum minus ſubrotundo ſcabro folio.



Horminum ſyl. minus inciſo folio fl. azureo.

Digitized by Google

Digitized by Google

209




Hieracium purp. incisis folijs mont.

210



Hieracium purp. integris folijs montanū

211



Esula minor myrthifolia longius radicata

212



G 2.

Esula rotundifolia serrata carnosior

Digitized by Google


Digitized by Google




1 *Draba seu Arabis latifolia flore albo.*
2 *Draba anguſti-folia Babilonica fl. albo*



1 *Thlaſpi Creticum mont. luteum Leucoij flore*
2 *Thlaſpi Creticum perenne flore albo.*



Kali geniculatum aphyllantes glaucum paleaceumque decub. hisp



H. 2.

Kali Vermiculatum fruticans minori folio hisp

Digitized by Google

Digitized by Google




Iacobæa Cretica incana integro limonij fol.



Iacobæa Cretica argentea folijs incisis seu Argentea P. Alpini



Heliotropium medium ſtrigoſum Ital



Horminum syl. inciso folio, cæsio flore Ital.

Digitized by Google

Digitized by Google



Sanamunda argentata latifolia



Sanamunda argentata angustifolia



Scabiosa peregrina integris seu Bellidis fol. altera




Scabiosa peregrina integris et acutis folÿs

Digitized by Google

Digitized by Google



Elichryſum hiſp. maximum



Abrotanum fœm tomentoſum criſpum maritî hiſp



Hedera quinquefolia, Virginiana



Hedera trifolia racemosa, Canadensis

Digitized by Google


Digitized by Google

229



Iacobœa Doronici folys et flore montana.

230



Iondraba Alyſsoides lutea anguſtifol.

231



Sanamunda uermiculata πaχυφελexus

232




M. 2.

Sanamunda media anguſto breuiorſ folio

Digitized by Google


Digitized by Google



Sanamunda 3 Cluſ. Erica Alexandrina Lob.



Chamælea pumila Saxat. fl. pallido Ital.




Iacea marit cinerea, cap. purpur. ſpinoſo media



N. 2.

Iacea marit incana folio integro, caule folioſo, cap purp. ſpinoſo, min.

Digitized by Google




Hieracium, seu Taraxacum tenui folium saxatile Itali



Hieracium incanum tormentosum integro folio



Hyſſopus mont uerticillata major.



Hyſſopus mont. verticillata minor.

Digitized by Google

241



Seseli subrotundo selini folio fl. luteo Italic

242



Saxifraga rotundifol. fl. albo annua Italic

243



Saxifraga mai. Germ. folijs altius incisis

244



P. 2

Bulbocastanum alterum caule tenuiore

Digitized by Google

Digitized by Google

245



Scabiosa maritima Rutæ Caninæ fol.

246




Scabiosa anguſtifolia glabra

247



Hyoscyamus Indicus Solani folio flore atropurpu-reo Cortùi.

248



Q. 2.

Hyoscyamus Creticus ſulfureo flore medio atro-purpureo

Digitized by Google


Digitized by Google



Hyppoglossum seu Biſlingua



Laurus Alexandrina Vera Diosc et Theophr



I Rossolis minor seu rotundifol. II Maior seu longi-fol. III Polytricum aureum maius.




I. Ophyoglossum latifolium Vulgare
II Ophyoglossum angustifolium minimum
III Lunaria botrytes.

Digitized by Google


Digitized by Google




I Iondraba Apula Alyſſoides ſpicata
II. Leucoium Alyſſoid umbellatum mont F.C.



Ionthlaſpi Alyſſoides anguſtifol luteum




II Iuncus gram Cyperi rad rutacthios ſpica
III Iuncus Iun globoſo ſingulari capitulo rad tomen



I Iuncus marit min glumoſa et parum hucag Phalarid ſpica
II Iuncus maritimus minor graciliore ſpica

257



Hedysarum minimum trifolium
toresia sil.

258



anonis non spinosa rotundifolia spicata
purpurea hisp.

259



Solanum triphyllum bulbos. Canad:

260



T. 2.

Calceoly Marianus albo Sandalio et breuiore
Canad:


Digitized by Google




: ebæa marit minima glabra Senecions fol Ital.



I. IacobæaAlp incana minor
II. Iacobæa minor Abrotani folij:



am. Buſonium erectum latifol.
r Buſonium erectum anguſtifol. min.



Gr. Buſoniu erectum anguſtifolium maius

Digitized by Google

Digitized by Google




Iacobæa mont. croceo amplo singul. flore spatu-le fol. elatior.



Iacobæa mont. polyanth. fl. aureo fol. longis et Integr. Italica.



Iacobæa mai. Arthemisiæ fol. incana dat. non rep.




Iacobæa linifolia Italica

Digitized by Google


Digitized by Google

269




Draba anguſti folia I. minima II media

270



Draba anguſti folia major

271



Iuncus bulboſus maritim floridus Siliquoſus

272



Gr: murale iunceū min: allij rad: panicula Ianthina non criſpa


Y. 2




Scrophularia mont. maxima latifol. fl. luteo



Scrophularia aquat. mont. melior



Euphrasia rotundifolia forte Aline An Anthyl loides rotundifol



I. Euphrasia Vulg. vera flore albo
II. Euphrasia sylu. mai. purp. III. latifol. atro purp.

Digitized by Google




Chrysocome muralis paucioribus congestis fus: [illegible]



Chrysocome maior rorismarini folio.




Stachys alba angusto Saluiæ folio



Stachys alba latifolia minor

Digitized by Google



Arisarum mai; caules. aquat. Brasil.



Aninga-iba Brasil. Ari facie



Arisarum dul, nō lates, minus Brasil.



Arisarum angustifolium maius.

Digitized by Google

Digitized by Google



Cyſtus minor Thymi folio flore ferrugin.



Ciſtus minor breui Vermiculatoq; folio hiſp.



Ciſtus halymi minoriſ folio.



C.3.

Ciſtus lauendulæ latifoliæ folio.

Digitized by Google

Digitized by Google

289



Ciſtus halymi minoris folio minor,

290




Ciſtus thymi folio Saxatil Jtalicus.

291



Ciſtus Halymi fol. flore luteo maj. Italicus.

292



D. 3

Ciſtus Halimi flore luteo amplo maximus, hiſp.



Ciſtus lauendulæ folio thyrſoides



Ciſtus anguſto libanotidis folio flore ſingulari.



Gnaphalium minimum ſupinum Hisp.



Leontopodium Vericus Diosc Hisp

Digitized by Google



Stachys alba latifolia maior



Stachys nigra



Cicer ſylu. fruticans incanum anguſtifolium ſerrati flore purpur. hiſp.



Cicer ſylu. frutic. anguſtifol. non ſerrati hiſp.

Digitized by Google

301

Stoechas Arabica caulefol. flore albo, hisp

302

Thymum cephalotum hisp.

303

Crocus autumnalis flore albo verus.

304

G. S.

Colchicum autumn. anguſtifolium album. An Hermodactilus verus!

Digitized by Google

305



Stoebe fruticans incana Hyſſopi [illegible] maior

306



Stoebe fruticans incana, breui Hyſſopi folio capi-
te tereti et cirroso

307



Stoebe angustifolia intybaceis dentatiſ-
ſimis folijs

308



Stoebe linifolia capite ſpinoſo


H 3

Digitized by Google

Digitized by Google



Stoebe fruticans incana Hyſſopi folio maior.



*Stoebe fruticans incana breui Hyſſopi folio capi-
te tereti et cirroſo*



Stoebe anguſtifolia intybaceis dentatisq; imis folijs.



Stoebe linifolia capite Spinoso

Digitized by Google



S[illegible] Subrotundis folijs lobis



Stœbe montana incana multifida acutis foliorum lobis [illegible] purpur. flore



Conuolulus minor Spicæ folius hisp.



Conuolulus betonicæ allheæ q; folijs repens argentius fl. purp.

Digitized by Google

313




Cyſtus incanus maiorana folio hiſpanica

314



Cyſtus Ledum Salvia folio Hiſp.

315



Stoebe Stœchadis folio flore luteo

316



K.3.

Stoebe major Pineis folijs Luteo flore capite Spinoſo

Digitized by Google

Digitized by Google

317



Stæbe mont. tenuifolia vulg. hisp.

318



Stæbe mont. glabra flore albicante

319



Conuoluulus quinque folius seu folijs laciniatis fl. purpurō cæruleo Bauh. prod.

320



L 3

Conuoluulus henneaphyllos flore purpur.

Digitized by Google


Digitized by Google




Conuoluulus longifol. azureus niueo Vmbilico erectus



Conuoluulus longifol. azureus niueo umbil. Supinus.



Cruciata minor glabra flore Meluginis albo.



Cruciata mai- uilloſa flo. Meluginis albo.

Digitized by Google


Digitized by Google



Buglossum sylu anguſtifolium



Buglossum syluestre



Ciſtus humilis compactis in uerticilles uncris halymi fol.



Chamæciſtus mas flore rubello Thymi folius

Digitized by Google

Digitized by Google




Sideritis mont. Hyſſopi folia major.



Linum fruticans oxyphyllum hiſp.



Symphytum petræum Dioscor. thymifolium.



Trachelium minus gramineum cæruleo-lacteum

Digitized by Google



Buglossum sylv. minus fl. azureo radice perenni Ital.



Cynglossum mont. minus angustifolium purpureū



Cynocrambe Alsinefolia



Portulaca Bætica luteo flore spuria aquatica

Digitized by Google

Digitized by Google

333



Buglosum ſyl. minus fl. azureo radice perenni Ital.

334



Cynglossum mont. minus anguſtifolium purpureū

335



Cynocrambe Alnefolia

336



P. 3.

Portulaca Bætica luteo flore ſpuria aquatica

Digitized by Google

Digitized by Google



Bugla minima glabra flore azureo



Bugla media flore cœruleo



Betonica montana lutea



Betonica Alpina incana purpur

Digitized by Google



Senchus marit. angustifolius asper.



Pulmonaria Gallorum rotundifolia lævior.



Sideritis mont. Scordioides glabra



Sideritis mont. vermiculato folio

R 2

Digitized by Google

Digitized by Google

345



Carduncellus purpureus tenui folius singulari flore.

346



Carduus Stellatus, luteus, aculeatis, et profunde incisis folys.

347



Stoebe tenuifol incana paruo capite Cretica

348




Stoebe tenuifol incana magno capite Italica

Digitized by Google

Digitized by Google



Sphondylium minus Syriacum



Oreo selinum rotundifol. hisp.



Coris lutea ericoides fruticans hisp




Hypecoum Clus tenuifolium fl. pallido

Digitized by Google

Digitized by Google



Braſsica ſyl. albido flore, nutante ſiliqua



Anonis non ſpinoſa purpuraſcens minor Italica



Rubia marina ſorgonier flore rubello



Rubia lævis linifolia floribus albis

Digitized by Google

Digitized by Google



Cacalia ſerior Vrticæ fol. purpuraſcente Leucoy flore.



Cacalia Vrticæ folia flore albo



Stoebe tenuifolia erectior Hisp.



Stoebe minor laxioribus et longioribus capitis squammis

Digitized by Google




Conyza mont. Bellid. fol. crocco flore singul. Ital



Conyza mont. incana Villosa fol. acuto flore aureo non singul.



Calamagrostis Nasloides Auenacea panicula



Gr. Canin. praten. paniculatum, olumis Asparagi folijs similibus. mucron. Sylu.

Y 3

365



Ciſtus Oleæ folio villos. flore aur. Italicus

366




Cistus Serpilli folio villos. flor. pallido Italic

367



Chrysocome citrina supina latifolia Ital.

368



Z z

Stœchas citrina spuria longioribus folijs.

Digitized by Google



Conyza minor, frutecans Viridi ſtoechadis Citrinæ folio flore folioſo lute ital.



Conyza minor Vera lob lutea.



Sphondilium Vulgare flore albo



Panax Heracleum alboſl altius incisis acutio-ribus 4 folijs

Digitized by Google

Digitized by Google



Sedum mont. serratum roseum flore purpureo



Sedum mont. umbilicatū incanū min. fl. satur. purp.



Crateogonum pumilum luteum absynthij fol. hisp.



I. Carduus Crypis Th. II. Crateogonum hisp. III. Cringium pumilum Amethystinum

Digitized by Google

Digitized by Google

377



Barba ... C ... folio fl. rubel. seu altera Anguill.

378



Barba Iouis lenifolia incana fl. lut. I. Anguill.

379



Lychnis Ocymoides muscosa strictiore folio

380



Lychnis Ocymoides, muscosa Latifolia

Digitized by Google

Digitized by Google



Lychnis sylv. hirsuta purp. [illegible] flore



Lychnis prælongis foliis et Calyce



Crocus Vernus minor Violac, medio purp. fl. Ital.




D 4

Crocus Vernus latifol. fl. Violac. dilute Ital maxim.

Digitized by Google



Stoebe montana tenuifolia folijs et capite ſpinoſis ka



Arctium mont. min. incano Taraxaci folio.



Rapiſtrum maximum μονόσπερμον gemma lutea flore luteo



Bellis ramosa Vmbillifera Canad.

Digitized by Google


Digitized by Google




Cyanu. mont. medius caule folioso ac multifolius



Jacea purpurea capitis cytisacea breciori folio



I. Sedum mont. ruſeum minus reticulatu.
II. Sedum maius non reticulatum, flore purpureo mont. anguſti fol.



Sedum ruſeum Serratum. I. Longius radicatum. II. Acuto fol. III. Curuo folio. IV. Obtuſo fol. V. Ma

Digitized by Google

393



Sedum mont. roseum minus reticulatum

394




Sedum maius non deliculati fl. purp. mont.

395



Rubus non Spinosus mai. fruct. nigr.

396



G. 4

Chamærubus Odoratus Vitis folio Canadense

Digitized by Google



397

Clematis cœrulea Pannonica



398

Calamintha mont. præſtantior fl. purpur



399

Caryophyllata Alpina minima flore aureo



400

H. 4

Caryophyllata Alp. tenuifol. incano flore lu longius radicata

Digitized by Google

Digitized by Google

401



Senecio mont. mollior paruo pallido flore

402



Senecio mont. amplo aureo flore.

403



Buglossum Scorpioides hirsutu fl. cæruleo Ital.


404




Lycopsis mont. cærulea seu Buglossum minimu mont

Digitized by Google

Digitized by Google




Stachys fruticosa repens purpureo flore.



Stachys fruticas. uulg. fl. aur. seu Verbascum




Conyza maior Chrysocomes folio.




Chamæchrysocome prælongis purpurascentibusque Iaceæ capitulis.

Digitized by Google




Stachys fruticosa repens purpureo flore.



Stachys fruticas. uulg. fl. aur. seu Verba[illegible]
Salui fol. frutic. [illegible]



Conyza maior Chrysocomes folio.




Chamæchrysocome prælongis purpurascentibusque
Luteis capitulis.



407

Chryſocome mollior ſingulari minoriq; capitello.



408

Conyza minor Chryſocomes folio



409

Chryſocome media ſeu, Stœchas citrina vulgaris



410

L. 4.

Chryſocome ſeu Stœchas citrina minor.

Digitized by Google

411



Carduus Sphærocephalus cæruleus minor

412



Carduus Sphærocephalus latifol. cœruleus major

413



Carduus Sphæroceph. cæruleus capite ferrugineo maj

414



M. 4

Carduus Sphærocephalus cæruleus capite ferrugineo minor

Digitized by Google




Chamæciſtus incanus Tragorig-ani folio, hiſp.



Chamæciſtus anguſto Thymi folio, hiſp.



Carduus nemoroſus Italicus



Carduus purp- cyanj folio

Digitized by Google

Digitized by Google

419



Cicer mont fruticans incanum amygdali folium serrat. minus

420




Cicer mont. fruticans incanum latifolium caule tortuo. et tomen. flore purpureo hisp.

421



Chrysanthemum pallidum minimum imo fol. incisis Superioribus integris et capillaribus.

422




O. 4

Leucanthemum fruticans pinnatis Superioribus Quamocia foliis imis vermiculatis et tortis

Digitized by Google


Digitized by Google



Centaurium minus purp. angusti fol.



Centaurium minus uulg. flore albo latifol-



Chryſocome latifolia minima Singulari flore



Chryſocome latifolia maior Singulari flore

Digitized by Google


Digitized by Google

427



Althæa rugoſior rubro flore hiſp.

428



Althæa fruticans incana minore folio hiſpanica

429



Abrotanum fœm hiſp. tenuifolium virens.

430



Q. 4

Abrotanum fœm tenuifolium incanum hiſpanicum

Digitized by Google


Digitized by Google




Adianthu filicinum leptophyllum elatius hiſp.



1 Adianthum filicinum durius criſpum ... 2 Adianth. Filicinum aquaticum ...



Abſynthiu. incanu. lanuginoſu. criſpo criſtato fol. longiori pedicule Seu majus acrius et amarius doſtoriqe ſulo




R 4

Abſynth incanu. criſtato criſpo tenuioriq. medium

Digitized by Google

Digitized by Google



Centaurium minus anguſto prælongoq; folio fl. rubello



Centaurium minus leptophyllum polyanthes accenso acutoque flore



437

Bellis mont. maj. tHirſuta caule folioſo non ramoſa. Nurſina



438

S. 4

Bellis mont. macima glabra ramoſa ſubrotundo folio. Indica

Digitized by Google


Digitized by Google

439




Chamæciſtus luteus tenuiſſimo folio, hiſp-

440



Chamæciſtus luteus imis Serpilli folijs.

441



Chamæciſtus luteus Thymi durioris folio

442



Chamæciſtus luteus imis Thymi folijs

Digitized by Google

Digitized by Google



Chamæciſtus luteus Thymi folio polyanthos Seu maior



Chamæciſtus luteus Thymi folio ὀλιγάνθης Seu minor



Chamæciſtus luteus Vermiculato folio, maj-




V 1

Chamæciſtus breui uermiculatoq; folio, minor, hiſp-

Digitized by Google

447



Abrotanum mas tenuifolium luſi. hiſp facie. ποδλιοω ερμοr

448



Abrotanum tenuifolium incanum minimũ.

449



Chryſa themum Valentinu Seu tenui folius flore aureo
ἀφιλλω

450



X 4

Chryſanthemum tenuifolium, flore bullato, aureo

Digitized by Google

Digitized by Google



[illegible] hamæmeli folio fl. [illegible] foliolo Italicum

452




Chryſanthemum tenuifolium, flore Luteo aphillo, minore.

453



Campanula ſaxat. rotundifolia hiſpida fl. cæſio, amplo, Ital.

454



Y.4


Campanula minor Alp. fol. Coclearia.

Digitized by Google


Digitized by Google



Cardamine ſylueſt. minor Ital.



Ranunc. Alp. Coriandri fol. fl. albo purpuraſcen



Chamæmelum montanum incanum Ab-Synthiiode. Ital.



Leucanthemum Alpinum I latifolium II Anguſtifolium III Tenui folium

Digitized by Google

459



Abſynthiu minus maioribus altiúsq incisis folijs cinereis hiſp.

460



Abſynthium minus tenuifol. altè inciſis fol. cinereu Salſu hiſp.

461



Abſynth minus oblongis dentatis folijs cineritu. hiſp.

462



Abſynth. pumilum palmatu minus Argente sericeáq folio. hiſp.

Digitized by Google

463



Abrotanum fœm. incanum Hiſpanicum

464



Abrotanum fœm. uirens uermiculato Serrato folio

465



Chryſanthemum Tanaceti fol. fl. aureo Italicum.

466



B.S.

Chryſanthemum Tanaceti fol. flore albo Mont. Ital:

Digitized by Google



Centaurium minus luteum Angustifol non perfoliatum



Centaurium minus luteum latifolium non perfoliatum



Alectorolophos mont. fl. albo



Conuoluulus Saxat erectus Villos perennis flore exalbo purpuras hisp



Alcea Veneta, ſeu veſicaria trifoliæ hirſuta flore Sulfur. vnguib. purpur.



Alcea Africana, ſeu veſicaria trifoliæ glabra. flore ſulfur. vnguib. purp.



Carduus ferox mitior hsp.



Carduus ferox hisp Spinis maioribus.

Digitized by Google

Digitized by Google




Amaranthus minor luteo paleaceus Pyramida-lis flagellis erectioribus cristatis.



Amaranthus minor aureus Pyramidalis fla-gellis hispidis crispis et cristatis.



Amaranthus minor luteo purpureus pyramida-lis longis sparsis, et cristatis flagelli.



Amaranthus minor purpuroviolaceus ampla, lata, globosa, crispa et cristata panicula.

Digitized by Google

Digitized by Google




Althæa Virens rotundifolia flore amplo pur-purascente Ital.



Thalictrum Batrachoides minus flore albo Ital.



Absynthium pumilum palmatum crasso tormentoso pallescenteq folio



Contrayerva

Digitized by Google

483




Acarna Atractylis folio amplo purp. capite prolifera

484




Acarna latifolia ſpinoſior amplo capite

485



Abrotanum incanum minus tenuifolium criſpum hiſp.

486



G 5.

Botrys incana ſerratis fol. hiſpan. Abrotani facie

Digitized by Google



Campanula mont. minor, anguſtifolia.



Ciſtus anguſto Serpilli fol. Villoſus fl. aureo Ital.



Biſtorta montana minima.



Androſæmum mont. minus.


Digitized by Google



Althæa frutex fl. albo [illegible] rubr. carn. purpur. viol.



Geranium Creticum minus seu alterũ Villosum.



Carlina mont. minor acaulos.




Pulsatilla trianthos sulfur. semine non papposo.


Digitized by Google



Caryophyllus minor foetidus purpurouiolac[iii]



Tragopogum Pinifolium Hisp.



Caryophyllus mont. Vmbellatus floribus varys luteis ferrugineis Ital



Lychnis lutea mont. Globulariæ capite, et facie

Digitized by Google


Digitized by Google

499



Cedrus Libani

500



Pinus sylu. minor Laricis strobilo Larix Polon Corumi



Acanthium Virens maioribus capitis Spinis.

502



L 5

Acanthium tomentosū capite et sem mai crispantibus caulium alis

Digitized by Google

Digitized by Google



Cyanus purpureus capite Spinoso Syriacus.



Stoebe Erucæ fol. rubro Cyani flore Italicus.



Amaranthus minor pallidus, panicula tumi-diore, singulari, Spicata, criſtata.




Amaranthus minor coccineus, panicula tumidi-ore, Singulari, Spicata, criſtata.

507




Amaranthus minor . aureus lata et cristata panicula .

508




Amaranthus minor coccino purpurê lata cristataque in globus panicula .

509



I Calathiana Verna cœruloprp. Dalech.
II Calathiana Verna cœruloprp. Dalech. Io Bauh.

510



N 5

II Gentiana fugax Clus. Bauh. purpureocœrul.
I Gentianella fugax Clus. Bauh. Subcœrul.

Digitized by Google

Digitized by Google



Caprifolium erectum minus Xyloſtei Dodonei Species.



Teucrium cæsio, et amplo rorismar. flore Bœticum Clus.



Centaurium mai. purpur. folys Cynaræ Pyrenaium.




Centaurium maius luteum Alpinum

Digitized by Google

Digitized by Google



I Centaurium min. perfoliatum luteum Vmbellatū
II Centaur. min. perfol. lut. craſsioribus capitellis.



III Centaurium minus perfol. lut. non Vmbellatum rarioribus et craſsioribus florum capitellis.




Bruscus seu Ruscus rotundifolius Vel Myrtacantha latifolia



Agrifolium dorso foly echinato

Digitized by Google





I Centaurium min. perfoliatum luteum Vmbellati
II Centaur. min. perfol. lut. craſsioribus capitellis.

III Centaurium minus perfol. lut. non Vmbellatum
rarioribus et craſsioribus florum capitellis.




Bruscus seu Ruscus rotundifolius Vel Myrtacantha latifolia




Agrifolium dorso foly echinato

Digitized by Google


Digitized by Google


519

Rubia Cretica incana Buxifolio seu rotundifolia incana


520

Rubia Minor Spicata


521

Chamamelum marinum


522

Q. 5.

Pyrethrum alt. min. cespit. radice, Anthemidis flore, Ital.

Digitized by Google




I·Rapuncul·mont·gramin·cornicul·
II·Rapuncul·lanceolat·cornicul·III·caliculat·



Trachelium gramin·minus non crenatu fl cæ rul



Rapunculus corniculatus cæruleus minor



Rapunculus corniculatus cærul mont maior Ital·

Digitized by Google

Digitized by Google



Amelanchier Galloprouinciæ.



Coccygria Theoph. Cotinus Pliny.




Anthyllis Alsinefolia incana marina minima




Anthyllis Tric. Lychnites minima fl. albo
-hophyl.

Digitized by Google

Digitized by Google



Anthyllis Lychnoides perenni rad τριχόφυλλος seu minor.



Anthyllis Linifolia flore albo Polygonoides



Anthyllis recta trichophyllos inuerso fl. albo hisp.



Anthyllis Alsinefolia Polygonoides maior

1 1 135
Ph. 02037

Digitized by Google

Digitized by Google

535

Digitized by Google
005635701J

Digitized by Google

536

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google